Racc. Villarosa B. 173 4/

MATHILDIS COMITISSAE GENEALOGIA

AVTHORE

FAELICE CONTELORIO

VTRIVSQVE SIGNATVRAE REFERENDARIO; ET BASILICAE PRINCIPIS APOSTOLORVM CANONICO

OPVS POSTHVMVM

INTERAMNAE,

Apud Bernardinum Arnazzinum. MDLVII.

Superiorum Conſenſu.

Impr. Interamnę

Ioannes Campius Vicariūs Generalis.

Impr: Interamnæ

Fr. Damianus Ventura Auguſtinianūs
Sanctiſsimæ Inquiſitionis Vicarius.

Digitized by Google

EMINENTISS. ET REVERENDISS. PRINCIPI

BERNARDINO
SPADAE
S. R. E. EPISC. CARDINALI,

FOELIX CONTELORIVS.

F OE L I C.

VRBANVS Octauus ſanctæ mem. cauſam præbuit Genealogiæ Mathildis, dum eius, inter carmina, perquireret Anteceſſores: Vt iuſſioni parerem publica monumenta Mantuæ, Aretij, & alibi deſcripta ad Vrbem, meo ſumptu deferenda curaui; atque ex ijs Genea-

Digitized by Google

logias expleui, ac tuo, Princeps Eminentiſſime, nomini dedicaui: Hęc, cum pluribus monumentis euanuerunt: quæſiui & non inueni: Reaſſumptis Viribus in tabularia locorum, quibus Mathildis prę-fuerat, amicis adiuuantibus, admiſſus, nouam texui Genealogiam, & hæc etiam vni Tibi debetur. Sereniſsimi Principes Mathildim ſibi vindicant; Scriptores magni nominis pro Patria certant: Ego nulli eam attribuo, nulli nego; & nominibus tantũ vtor, quæ Mathildis ipſa, eiuſque progenitores vſque ad Sigefridum ſeniorem vſurparunt; aliorum enim generatio præterijt; nec eſt certa priorum memoria. Imperatores, Reges, ac cœteri Principes natura nobiles maiorum ſtemmata, fortia facta, grandes theſauros, longam Auorum ſeriem à Troianis, Ghotis, Longobardis repetitam palam exhibent, vt inter illuſtres numerentur Heroas, & hac etiam quaſi veneratione populos in fide contineant: Cœteri Ciues, licet interdum æqualem, progenitorum nobiliũ numerum recenſeant, atque illuſtria gentilium monumenta & opes non contemnendas ex antiquo proferant, non tamen exterorum oculos perſtringunt, tanquam animę ſublimioribus poteſtatibus ſubditę, patrijſque limitibus circumſcriptæ: Id etiam tuis accidit Eminentiſsime, quorum genus pluribus abhinc ſæculis in Æmilia floret, in Vmbriam quoque, ac

Tuſciam,

Tuſciam, ante non parua, deriuatum. Cœterum diuitiæ, vetuſtas familiæ, claritas generis, & alia huiuſmodi, fortunæ bona ſunt, aliena ſunt, & popularis quædam nobilitatis imagines: Conſtans & pręcipua nobilitas virtus eſt animi, quæ in homine libero, licet morituro, fulget, & eminet immortalis: hæc te, generoſa ſtirpe profectum, Sedis Apoſtolicæ Nuntium in Gallias ablegauit; in cœtum S. R. E. Cardinalium adſcripſit; Legationi Bononienſis, & Congregationibus Indicis, atque Confinium præfecit; hac in omnibus publicarum rerum comitijs omniũ ore celebraris, ſiue ſacra, ſiue prophana percēſeas ſuaui, neruoſa, & erudita facundia Conſiliarius, aut Relator. Vis hæc magneticæ ſimilis triginta amplius annis me in tui traxit venerationem, & cultum, ita vt legitima temporis præſcriptione ſim tuus. Propterea rogare non deſinam, vt ſi, maioribus aliquando ſolutus curis, in Tiburtinum tuum ſeceſſeris, hæc qualiacunque ſint, tui acumine ingenij, acredine iudicij, & ea, qua polles temporum, ac rerum notitia, percurras, examines, & incerta, ſi quæ cenſebis, aboleas, vt certo ſidere rates noſtra tabulis compactæ pergamenis, inter ſirtes antiquitatis, & hiſtoriarum Sirenes Tirrhenum nauiget æquor; & ripas percurrat Eridani, quæ Comitiſſæ memoriam recolunt, & ſummo in honore habent. Vale.

PROEMIVM.

COmitiſſa Mathildis lucem aſpexit anno 1046 mortalitatem exuit immortalis die 20. Iulij 1116. Qui de Progenitoribus eius acturus eſt, cogitur ea retexere, quę ſeptem abhinc ſęculis tum publicè, tum priuatim acta fuerunt; non videtur igitur cenſeri poſſe teſtis idoneus, qui ſcribit anno 1650. ac noua, & vetera profert in medium, quę nobilium Scriptorum oculos, licet in publicas relata tabulas effugerunt. Quare ęquitas poſtulat ne Lector authoritati, aut diligentię alicuius Relatoris acquieſcat, ſed manus apponat ad Sinchronos Hiſtoriarum Coriphæos, & perluſtret oculis documenta ad calcem deſcripta, quibus innititur Genealogia. Veteres ipſe luſtraui Scriptores, perlegi recentiores, Germanos, Gallos, & Italos: Multa deprehendi, quę dubia, & incerta ſunt; plurima quę pugnent ad inuicem: Laboraui vt certa ſeligerem ab incertis. Si perfeci fœliciter, in tui gratiam collimaſſe me dices: Sin minus, hæc veluti aliena deijcies vt ſua in publicum bonum pręlo ſupponat. Relationem vt diſtinctius agerem in ſeptem Capita ſunt partitus.

Primum.	De Paterno Genere Mathildis.
Secundum.	De Materno Genere.
Tertium.	De Paterno, & Materno Genere Beatricis.
Quartum.	De Conſanguinitate Beatricis, & Mathildis.
Quintum.	De Maritis Beatricis.
Sextum.	De Maritis Mathildis.
Septimum.	De Mathildis Sepulchro.

Amico

AMICO LECTORI TYPOMPHVS.

FAELIX Contelorius de re literali meritiſsimus, dum Bibliothecæ Vaticanę, atq; Archiuij Apoſtolici cuſtodiæ præfuit, multa dedit in lucem, quę ex vſu, & dignitate Sedis Apoſtolicæ fuerunt; & alia etiam non pauca morte pręuentus reliquit inedita, quę poſteà (vt notum eſt) cum alijs manuſcriptis codicibus, quę apud eum reperta fuerunt alienis ceſſerunt.

Inter ea fuit hæc Comitiſſę Mathildis Genealogia, cuius exemplar quod in ipſius Bibliotheca caſu repertum eſt nunc typis euulgo. Nam ex illo tempore ab omnibus expetita, non ſolum literatorum vota vltra fruſtranda non erant, ſed celeritate occurrendum, ne quis opus diù per alienas manus verſatum ſibi forſitan adiudicaret, quandoquidem non deſint hodie, qui gloriam ſibi libenter ex aliorum induſtria querant. Sed ſi quod forſan erratum accurrat, Scias non datum fuiſſe exemplum cum authographo (vt cupiebam) conferre. nec in eo etiam verborum cultum exquiras, cum illorum temporum monumenta ibidem recenſenda fuerint, quæ prorſus barbara, omni pęnitus elegantia carebant.

Alia pariter eandem fortunam experta, quę plurima eiuſdem authoris deſiderantur publici itidem iuris per me fient ſi (vt ſperamus) licuerit. Nam non deſunt, qui in eis recuperandis omnem ſedulitatem adhibeant; ſed dum expectamus his interim libenti animo fruere, meq; ama, ac vale.

DE

Digitized by Google

Digitized by Google

DE PATERNO

GENERE MATHILDIS

Caput. I.

MATHILDIS nobiliſſima inter omnes omnium Gentium heroinas, euiuſque Parẽtes Bonifatius, & Beatrix paternum, maternumq; genus in eorum diplomatibus, ita perſpicuè declararunt, vt legenti non ſit opus ad argumenta confugere, vel externa Scriptorum documenta perquirere.

Sigefredus filium habuit Adalbertum, qui, & Atto vocatur vt in Inſtrumentis ſub Berengario, & Adalberto Regibus Italiæ, ac ſub Ottone primo, & ſecundo Imperatoribus, de quibus à num.º primo vſque ad nonum.

Ex Adalberto natus eſt Thedaldus Marchio n.º *9*; 24; & 31. Thedaldus Marchio ex VVilia Vxore ſuſcepit Bonifatium Marchionem & Ducem n.º 10; & 12.

Bonifatius Dux, & Marchio nullos ſuſcepit liberos ex Richilda prima Vxore. Beatrix verò Secunda ipſius vxor, peperit ei Federicum n.º 13. & Mathildim n.º 16. & ſequenti, & n.º 29. & 30.

De Beatrice, quam Beatrix Coniux Bonifatij Neptem ſuam appellat, mentio fit in Teſtamento n.º *16*.

Hæc ex publica documentorum fide, in quibus cum non legantur omnia conſanguineorum à Sigefredo deſcentium nomina, probationes recenſendæ ſunt ex hiſtoricis deſumptæ, præſertim ex Domnizone Præsbitero, & Monaco, qui Matildis originem, & fortia facta verſibus decantauit, & cum æqualis tempore fuerit Comitiſſæ, illiq; ſeruierit, fideliùs expreſſit ea, quæ vidit, quæq; accepit ab alijs. Tradit hic Author ex Sigefredo de Comitatu Lucenſi natum eſſe Sigefredum, Geraldum, & Attonem.

Ex Attone, & Ildegarda Coniugibus genitumeſſe Rodulphum, Gotifredum, & Thedaldum.

Ex Thedaldo, & VVilia ortum eſſe Thedaldum, Bonifatium, & Conradum.

Bonifatij verò filios ex Beatrice ſecunda Vxore fuiſſe aliam Beatricem, Federicum, & Mathildim Comitiſſam, ſed Domnizonem audiamus canentem lib. p.º cap.º 2.

,, Atto fuit primus Princeps aſtutus, vt hydrus
,, Nobiliter verò fuit ortus de Sigefredo
,, Principe preclaro Lucenſi de Comitatu,
,, Quinq; duos natos alios genuit benè claros.
,, Eſt primus dictus Sigefredus, Atto Secundus
,, Filius, & paruus vocitatur quippe Gerardus
,, Amplificare volens proprium Sigefredus honorem
,, Longobardiam cum natis venit in iſtam &c.
,, Cum maior nimium Sigefredus eſſet opimus
,, Iſtud more patrùm ſæclum dimiſit amarum;
,, Ipſius Nati locupletati, falerati.
,, Diuiſi prorſus cæperunt ſtare ſeorſum
,, Fiunt Parmenſes duo fratres, ambo potentes
,, Dat Guibertinum minimus, Primus Baratinam.

Pro

Progenies ābo grādes, & honore micantes,& in cap. 3.
,, Coniugis Attonis non fiat obliuio nobis
,, Ildegarda quidem fuit huius nomen amicæ,
,, Docta gubernatrix, prudens, proba, conſiliatrix
,, Ad meliora virum ſuadebat ſæpius ipſum
,, Cum quo Brixellum Monachis fabricauit habendum
,, Ex his ſunt orti tres, quos miratur hic Orbis
,, Rodulphus valde iuuenis pulcherrimus, atq;
,, Mortus antè Patrem, poſt quē ſequitur bonus alter.
,, Antiſtes magnus Gotifredus,& ille Thedaldus
,, Qui poſt Attonem totum ſeruauit honorem,& cap.4.
,, Vxor Thedaldi ſit Guillia dicta ducatrix.
,, Hæc placuit paruis pietate placebat,& altis;
,, Hæc tres perſonas Mundo genuit ſpecioſas
,, Vrbis Aretinę Theduldi Præſulis, inde
,, Atq; Ducis celſi Bonifatij ſapientis,
,, Militis & docti Conradi, ceu Leo fortis, & cap.6.
,, Marchio Richildam prętaxatus Comitiſſam
,, Quæ Sigeberti de Sanguine Principis extat
,, Duxit in Vxorem, fuerat quia diues honore
,, Hæc Agapen multum miſeris dabat, atq; tributa,
,, Hęc defūcta iacet ſine pignorib. que Nogarę,& cap.9.
,, Nobile coniugum tribuit Deus, & ſibi dignum
,, Magna Beatrix, eſt nobile coniugium;
,, Stirpe fuit genita Regali pulchra Beatrix
Maiorum Mundi ſtirpe fuit genita, & cap. x.
,, Heroicum Carmen capio nunc orent ouantem
,, Facta Ducis Magni Bonifatij memorandi,
,, Primitus hunc nouit quantum ſit Gallia fortis,
,, Cum natam rutuli Ducis expetijt Federici
,, Coniuge cum propria Mathildis deniquè dicta,

,, Iſte Beatricem Federicus donat habere
,, Huic Bonifatio, qui Dux cum pergeret illo
,, Ornatus magnos ſecum attulit atq; Caballos &c.
,, Nobilis & Coniux puerum peperit Federicum
,, Inde Beatricem, Malchildis verò deindè.

Ex Diplomatibus, Inſtrumentis, & Domnizone inſimul iunctis deſcendentium nomina in Arbore relata probātur, ſed nihilominus ſingillatim omnia ad hiſtoricam trutinam reuocanda ſunt, vt certior quo fieri poteſt in re antiqua Mathildis conſanguinitas ab ipſis expetita Imperatoribus lucem aſpiciat.

I. Sigefredus in Stemmate primus Natione, non autem ex electione Longobardus Natus eſt anno 896. in Comitatu Lucenſi, vt aſſerit Ioannes Baptiſta Pigna de Principibus Atteſtinis in princ. Bonauentura de Angelis in hiſtoria Parmæ lib. p°, Carolus Sigonius de Regno Italiæ ad annum 896. At Franciſcus Maria Fiorentinus in memorijs Mathildis lib. 3. natum affirmat circa annū 970. Inſuper Sigonius Sigefredum vocat Comitem, genus ducentem à Principibus Atteſtinis, & tradit in agro Regienſe Caſtra, & poſſeſſiones comparaſſe, & Parmā in deditionem accepiſſe, non tamen declarat, an eſſet Comes Atteſtæ, vel alterius Caſtri. Bonauentura Sigefredum appellat Comitem Parmæ, narratq; Ciues Parmenſes āno 896. Saracenorum incurſibus territos confugiſſe ad Sigefredum Regij commorantem; eumq; ob ſuſceptam Parmæ defenſionem; fuiſſe ab ijſdem ea Ciuitate donatum, & titulo Comitis decoratum; Sed Bonauentura ſui videtur oblitus, nàm ipſe natum aſſerit Sigefredum anno 896. ex quo affirmat deceſſiſſe anno 945; dum annum ageret quadrageſimum nonum, igitur Sige-

Sigefredus anno 896. eodem ſcilicet quo natus eſt anno non potuit Parmæ defenſionem aſſumere, & ob id Comes declarari. Domnizo Sigefredum appellat Principem opimum, ac prœclarum de Comitu Lucenſi, ſed nullum ei Comitis, vel Marchionis, aut alterius dignitatis titulum adſcribit, & tamèn cecinit.

,, Nam ſub ſe Terras, & gentes ritè gubernat
,, Et ſub tutela propria multos retinebat.

Et addit Priami prolem non eſſe Principibus Canuſinis nobiliorem, vt lib. p.º cap. 1. & 2., In pluribus Inſtrumentis relatis à num.º p.º Sigefredus Pater ſæpiùs à Filio Adalberto, ſeù Attone, vocatur quondam Sigefredus, ſeu bonę mem: Sigefredus de Comitatu Lucenſi ſinè aliquo dignitatis titulo, & ſinè dubio ſi habuiſſet Sigefredus titulum Ducis, Marchionis, vel Comitis, Adalbertus Filius, qui præſens contrahebat, curaſſet titulum apponi, eumq; Comitem, vel Marchionem vocaſſet, quemadmodùm idem Adalbertus ſe ipſum Comitem appellat, & ab aliis paritèr appellatur. Sigefredus ex agro Lucenſi, vbi tres filii Maſculi lucem aſpexerant in Regienſem, ſeù Lombardiam [illegible] latè, & altè ſicuti vitis extendit, vt loquitur Domnizo. Terriſq; coemptis, ac prædijs, omnium diues æſtimatione, vti Princeps inter Ciues habitus, deſijt eſſe inter mortales anno 936. vel 940. vt Fiorentinus, & Lucchinus ſcripſerunt, & Sigonius, & Millinus, & Bonauentura referunt obitum ad annum 945.; Pigna lib. p.º ad annum 953., Vt cumq; ſit præfati Scriptores quingentis, & ampliùs annis à Sigefredo ſeiuncti nullum laudant Authorem, quo eorum fulciatur opinio pro tempore

tempore natiuitatis, & obitus Sigefredi, nec eos ipſe cogor laudare, ſed recenſeo, quod poſteritati ſcriptum reliquerunt. Ex Inſtrumentis in calce poſitis ab anno 960. deducitur, iamdudum Sigefredum obijſſe, cum Adalbertus filius, eum vocat quondam Sigefredum, vel bonæ mem: Sigefredum. Domnizo lib. p.° cap. 2. narrat Attonem poſt obitum Sigefredi recepiſſe Canoſſam, quæ erat nuda ſilex, ac eam mænibus, Turribus, & propugnaculis muniuiſſe, viuentibus Rege Italiæ, ſcilicet Lothario, Rege Theutonicorum, ſcilicet Ottone, & Berengario, eiuſq; Filio Adalberto, deinde aſſerit deceſſiſse Lotharium Regem Italiæ; ex hac narratione deduci poteſt, Canoſſam fuiſſe munitam antè obitum Lotharij, Lotharium autem obijſſe ipſo anno 947. vel 948. concordant veteres Scriptores; Triſtanus Calchus in hiſt. refert obitum Lotharij ad annum 946., hinc fit Sigefredum obijſſe, viuente Lothario, & longè antè annum 946., vt Tempus Canoſſam muniendi Adalberto, qui & Atto tribuatur; quo autem anno incertum eſt, ſicuti incertum eſt, quot vixerit annis, cum præfati Scriptores inter ſe non conueniant.

Sigefredus à probatis Authoribus vocatur cõmuniter vnico nomine [Sigefredi] nihilominus Bonauentura ad annum 845., Pinga, Leander, Albertus, & æquiuocalæ eum appellant Sigefredum, ſeu Sigebertum, ſed pro arbitrio. Guido Millinus initio hiſtoriæ de Mathildi fol. 2. & 6. reprehendit Leandrum, qui pro eadem perſona Sigeberti, & Sigefredi nomen vſurpat, Fiorentinus pariter miratur eos, qui Sigeberti nomen pro Segefredo inuexerunt, & multò magis repellendi ſunt ij, qui ſcribunt Sigefredum Dominum Ciuitatis Lunenſis, luna

diruta

diruta Regium migraſſe, pro Luca, Lunam ſupponentes, vt facilius Sigefredi nomen in familias ſibi benè viſa poſſint reponere.

Ludouicus ex Burgundia ad Regnum Italiæ à Principibus Italis euocatus meninit vnius Sigefredi in diplomate, quo Prædeceſſorum ſuorum, Summorumq; Pontificum priuilegia confirmat Eccleſiæ Aretinæ ad petitionem Adalberti Tuſciæ Marchionis, & ipſius Sigefredi, & Adelelmi, quos vocat cariſſimos amicos, dum Papiæ cum Principibus, & Epiſcopis menſe Octobris anno 900. moraretur; An autem ſit Sigefredus pater Attonis affirmare non audeo licet ſit veriſimile, cum nomen, & tempus, & Principum Italicorum ad Ludouicum profectio conueniant, & quod ſi certo aliundè conſtaret, hunc eſſe Sigefredum, de quo agimus opinionem Fiorentini, qui aſſerit, Sigefredum natum eſſe circa annum 87 c. cæteris anteferrem, ſed vt dixit, natiuitas, obitus, nomen, & titulus indiuerſa, rapiuntur pro vt maior vel minor ſcribentem mouet affectio.

II. Sigefredus Sigefredi primogenitus in Parmenſem Ciuitatem ſe recepit poſt obitum Patris, diuiſa, vt ſit inter fratres hæreditate, ab & duxit originem familia Barattina, eiuſq; deſcendentes fuerunt appellati Baratti, vt tradit Domnizo, qui tamen cauſam mutationis in cognomine nobis non aperuit de Ciuibus Barattis mentionem fieri in Parmenſibus ſcripturis affirmat Luchinus initio Chronici de Mathilde, & Raymundum Barattum anno 1189. vti Ducem quingentorum Militum Parmenſium in Terræ Sanctæ ſubſidium transfretaſſe, & vltra non progeditur. Poſt hæc peruenit ad meas manus Chronicæ Parmæmſinea legitur,

Anno

Anno 1181. Guido Arpini & Guido Ruglerii, Guido Barattus, Albertus Gilij, & Albertus Thedaldi de Parma fuerunt Conſules.

1183. Manfredus Barattus de Parma fuit poteſtas, & facta fuit pax Conſtantiæ.

1190. Albertus Barattus, & ſocij de Parma fuerunt Conſules.

1290. Item eodē anno die Dominico penultimo Menſis Iunij Quingenti Viri de hominibus Ciuitatis, & Epiſcopatus Parmæ accepta Cruce pro eundo in ſubſidium Terræ Sanctæ de vltramare congregati, in Glarea communis Parmę bini, & bini cum candelis, & Cereis accenſis venerunt ad maiorem Eccleſiam Parmenſem, & audita Miſſa, & communicati ſe mouerunt cauſa eundi in dictum ſubſidium aſſociati de Clericis, & Religioſis vſq; ad Portam Ciuitatis, & plus, quibus Cruce ſignagnatis Commune Parmæ donauit mille libras Parmenſes, & eorum Capitaneus fuit D. Raymundus Barattus, Rubeus, & poſt paucos dies alij centum viri ſequuti fuerunt prædictos, ſolemnitate, qua ſupra.

III. Adalbertus, qui & Atto Sigefredi ſecundo genitus, deinde familiæ caput, natus in agro Lucenſi vixit in Regienſi ex Domnizone lib. 1. cap. 2. Luchinus initio hiſtorię natum aſſerit in Ciuitate Regij anno 930., diuitiarum, quas Pater acquiſierat, hæres extitit, ætate florenti poſt obitum Sigefredi, cum adhuc eſſet Alardi Epiſcopi Regini miles Canoſſam mænibus, Turribus, ac propugnaculis communiuit, quaſi præſagiens, vt quos venerabatur, vti Reges, odio eſſet habiturus, vt hoſtes; obeunte Lothario Rege Italiæ Berengarius Regium titulum aſſumpſit, qui ſolus ei defuerat, viuente Lothario,

Digitized by Google

rio, & infenſam ſibi æxiſtimans Adaleidem Lotharij Viduam, Mediolani primum, tum in Arce Gardæ, eam cum Martino Presbitero, & famula detinuit, quæ tandem effractis clàm à Præsbitero mænibus, effugiens, tranato Lacu Mantuano, in contigua Silua delituit. Atto de fuga; & loco per Martinum admonitus. Expeditis Equis ad Reginam in Siluam ſe tranſtulit, eamq; ad Arcē Canoſſæ deduxit, & protinùs tranſmiſſo Nuntio, certiorem fecit Summum Pontificem, eum etiam conſulturus an, Regina, quam Berengarius pro Adalberto filio expetebat, offerri deberet Ottoni Regi Alamannorum, qui aduerſus Berengarij potentiam eam tueretur. Placuit ſermo Summo Pontifici, & aſſenſum Matrimonio præbuit, quare conſentiente Regina, alium Nuntium Atto dimiſit ad Ottonem Regem, qui acceptis litteris rei benè gerendæ occaſionem arripiens, in Italiam ſe cōtulit. Canoſſam exercitu Berengarij obſeſſam liberauit, & Nuptijs cum Adaleide celebratis, rebuſq; Italiæ benè diſpoſitis, in Germaniam remeauit anno 951. Regni in Italia primo Berengarius, poſtmodum ad Ottonem profectus, in gratiam eſt receptus, & cum poteſtate dimiſſus in Italiam; interim Proceres Adalbertum Berengarij filium Regem appellarunt, hic Patris ſecutus exemplar Canoſſam, & in ea Attonem obſedit. ſed cum Otto reuocatus fuiſſet in Italiam, & Germaniam deſerere non poſſet Luitolphum filium cum exercitu miſit, hic elapſis tribus obſidionis menſibus cum Adalberto manus conſeruit, haſtaq; confoſſus occubuit anno 956; nihilominùs belli pondus ſuſtinuit Atto, & Victor Campum obtinuit, Adalberto extra Lombardiam abeunte, paulo poſt Berengarius vires re-

B ſumpſit

Digitized by Google

ſumpſit, & tàm ipſe, quàm filius in Italia imperabant, ſeu potius ſæuiebant, teſte Luitprando lib. 6. cap. 6. tandem Ioannes XII. Summus Pontifex motus Italiæ calamitatibus euocauit Ottonem, vt Berengarij tyrannidem reprimeret, citato itinere Rex venit armatus Diadema, & titulum Imperij ſibi oblatum ſuſcepturus; omnes ſe illi Ciuitates Lombardiæ vltrò dederunt; Berengarius cum VVilla Vxore ad Inſulam in Lacu Sancti Iulij Diœceſis Nouariæ ſe recepit, vbi VVilla ſe muniuit, Berengarius verò ad Sanctum Leonem in Monte Feretro ſe recepit. Inſulam Otto poſt obſidionem duorum menſium expugnauit anno 962; permiſitq; VVillam ad Maritum proficiſci, deinde Berengarium cum eadem VVilla obſedit apud Sanctum Leonem, vinctumq; cum Côiuge in Boariam amandauit, & licet in huiuſmodi narratione, quoad annos non conueniant Scriptores, tamen parùm noſtra intereſt qui hæc præmittimus, vt Attonis conſanguineos, & titulos perquiramus. Memor igitur Otto Sanctorum Petri, & Pauli Romanam Eccleſiam magnificentiſſima donatione aureis, quę ad huc viſitur ſcripta litteris locupletauit; Inſulam ipſam Sancti Iulij, ſeu Ripariam Hoſtæ, Berengario ablatam, reſtituit, & conceſſit Eccleſiæ Nouarienſi die 29. Iulij 962 Imperij anno primo, Attonem verò ſibi, ſuæq; Vxori fidelem remuneratus eſt, & tradidit ius terræ illius, ita enim loquitur Author Chronici Noualienſis Monaſterii = Berengarius Rex fugit in Caſtellum Sancti Iulij, quod eſt circum ſeptum Lacu, & ita obſeſſus, ab Ottone eſt captus, & effoſſis oculis relictus eſt, denique Atto ab Ottone remuneratur, quia fidelis, & ſeruitor eſſet Vxoris ſuæ, & tradidit omne ius Terræ illius. Domnizo

tamen

tamen lib. p. cap. 2. cecinit.

Otto de Nato nimium doluit tumulato.
Ipſo, conſtetim multos Rex ipſe reuixit
Italia ſecum, quam pacificè petierunt
Cuncti Lombardi, ſibi dantes Oppida gratis;
Cum quibus & Romam petit, Regniq; Coronam
A Papa, cæpit feliciter, indeq; creuit;
Muneribus magnis Attonem ditat, & altis
Cui non nullos Comitatus contulit vltro
Perquem regnabat, nil mirum ſi peramabat.

Et hũc ego credebam primum dignitatis titulum ab Attone acquiſitum, & antè Ottonem Imperatorem non fuiſſe Comitis titulo decoratum; quia apud væteres Scriptores Atto non vocatur Comes, in Inſtrumentis verò non appellatur Comes, niſi poſtquam Otto primus venit in Italiam, & accepit Regnum Italiæ anno 951; vt conſtat ex documentis relatis n. 1. & ſeq; in quibus Atto ſe Comitem vocat, & vocabatur ab alijs,

Interea quam mænibus, & propugnaculis Canoſſam Atto munierat, ſacris etiam ditauit, ornauitq; Reliquijs, & inter alias à Rege [nomen reticetur] Sancti Victoris in Syria paſſi Reliquias dono accepit circa annum 950. ex Domnizone lib. p. cap. 2.

Artubus, & Sacris decorauit me velut armis
Rex quidam donat ſibi Victoremq; Coronam

Gotifredus verò ipſius Attonis filius Brixiæ Epiſcopus caput, humerumq; dextrum, pariterq; Lacertum Sancti Appollonij Epiſcopi pariter Brixienſis gratis obtulit. Quare Sancto Appollonio Templum à fundamentis extruxit, erectiſq; in eo Scholis eorum, qui Diuinas in Organis, & Canticis Laudes Domino cele-

Digitized by Google

brarent, duodecim Coronas ex auro, & argento, totidem Pluuialia, Planetas, Pallia, Calices, Thuribula, omnemq; ſacram ſupellectilem in Sanctorum honorem Deo dicauit Ioannes Baldus Auximanus Corpora, & Reliquias Sanctorum Victoris, & Coronæ ex Siria in Auximum translatas affirmat anno 180. Antonino Imperatore regnante, eaſq; fuiſse collocatas in Monaſterio Monachorum Sancti Benedicti, quod poſtea in Commendam degenerauit, vt in vita Victoris, & Coronæ cap. 8.

Atto diues auro, & argento, ingentium Dominus prædictorum titulo Comes, & Marchio, bello celebris, Adaleidæ Reginæ familiaris, & propinquus, Ottoni gratiſſimus mortalitatem exuit Vxore Ildegarda ſuperſtite anno *939*; vt tradit Luchinus in Chron. fol. 4. Millinus verò, & Sigonius de Regno Italiæ, ac alij recentiores anno *964* Ioannes Baptiſta Pigna *970*: Rainerius in Baſilico genealogico affirmat obijſſe anno *984*. ſex Idus Decembris, Andreas Dandolus in Chronico manuſc. ſcripſit eodem anno, quo defuncta eſt Regina Adaleis, mortuum eſſe Attonem, ſed Adaleis Regina Defuncta eſt anno *999*; vt tradit Lambertus de rebus Germanicis. In tanta temporis diuerſitate qui credat, aut fidat Scriptoribus, qui non dato Authore loquuntur? Domnizo cecinit Attonem deceſſiſſe die 13. Februarij poſt Vxorem Ildegardam & in Canoſſa Tumulatum, ſed annum non recenſet ex Inſtrumento, quo Adalbertus Atto recipit Curtem Gonzagæ ac Sācti Benedicti ſupra Padum Lironem ab Abbate, & in permutationem tradit Cappellas quaſdam, & bona poſita in Comitatu Mutinenſi, & Regino Conſtat Attonem eodem anno

quo

quo celebratum eſt Inſtrumentum, vixiſſe ſcilicet 22. Aprilis anno 967. ex alio pariter *I*nſtrumento, quo Atto emit Curtem in Marmirolo & bona in Campitello, & in Roncho de Rolando probatur anno 970. Attonem inter viuos fuiſſe cum ipſemet preſens ſoluerit prætium, vt numero 5. & 6. quo vero deceſſerit anno incertum eſt.

Viuente hoc Adalberto, qui & Atto dicitur, vixere alij nomine Adalberti, & Attonis, ideoque ne lector aliorum procerum geſta huic attribuat admonebam apud ſcriptores Germanos Adalberchr, & Alberche. Idem Significare quod apud latinos, Albertus, vt in Catalogo nominum Germanorum ex Monaſterio Santi Galli tom. 2. rerum Alamannicarum f. 122. Pontus Heuterus de Belgio fol. 217; & ab eodem Domnizone Adalbertus filius Regis Berengarii Albertus vocatur, vti etiam fit à Leone Hoſtienſi, & *A*ndrea Dandulo; recentiores Adalbertum Attonem vocant *A*lbertaccium.

*A*dalbertus Tuſciæ Marchio ſtetit pro Sergio contra formoſum circa annum 894. Pro Berengario primo pugnauit contra Ludouicum Burgundiæ regem, deindè conuersò pallio adhæſit Ludouico, quem Lucæ recepit, poſtmodum deſerto Ludouico Berengarium adiuuit, qui captum Veronæ Ludouicum redire permiſit obcæcatum in Burgundiam; deceſſit *A*dalbertus anno 917. ex Luitprando lib. 1. cap. 15. hic Adalbertus diuerſus eſt ab Adalberto filio Segefredi, quia Adalbertus filius Segefredi viuebat anno 950. 960. vſq; ad 970. vt ex Inſtrumentis n. 1. *A*dalbertus tamen Marchio Tuſciæ deceſſerat anno 917. vt dictum eſt.

Pari-

Parimodo Adalbertus Filius Sigefredi eſt diuerſus ab Adalberto Marchione Hiporegiæ Patre Berengarij Secundi Regis Italiæ, cum hic Adalbertus Pater Berengarij deceſſerit anno 923. ex eodem Luitprando lib. 3. cap. 2. ſicuti eſt diuerſus ab alio Adalberto filio Berengarii ſecundi, cum vnus Adalbertus contra alterum pugnaret anno 950. & 955. ſcilicet Adalbertus filius Berengarij Adalbertum filium Sigifredi in Canoſſa obſideret.

Luitprandus lib. 3. cap. 5. meminit Oberti, ſeu Vberti Principis potentis in Tuſcia, ſed hunc ex eodem Luitprando conſtat eſſe filium Hugonis Regis Italiæ ex Valdelmonda Concubina, creatumque fuiſſe à Patre Marchionem Tuſciæ, vt latius infra.

Regino in Chronico, idemque Luitprandus lib. 6. cap. 6. narrant Obertum Marchionem, & Azzonem Scriniarium cum nuntijs Ioannis XII. Summi Pontificis profectos eſſe in Germaniam ad Ottonem Regem vt in *Italiam* adveniret, at hic Obertus erat Marchio dicto anno legationis, Adalbertus, qui, & Atto filius Sigefredi, erat miles Epiſcopi Regini non dum Comitis titulo donatus ab Ottone, vt inferius dicetur.

Quoad nomen Azzonis, vel Ottonis attinet, cum recentiores Adalbertum vocent Ottonem, ſeu Albertaccium advertebam Apud Luitprandum lib. 5. cap. 3. fieri mētionem cuiuſdam Azzonis Comitis, qui Anſarium filiū Berengarij ſecundi Ducem tunc Camerinorum ſequebatur, & quem idem Anſcarius duabus præfectum Phalangibus contra ſe venientem interemit anno 940. ſed hic Azzo nihil habet commune cum noſtro Ottone, qui viuebat circa annum 970.

Repe-

Reperitur alius Azzo Comes Dominus rerum, quæ inter Adam & Brēbum flumina comprehenduntur, qui obijt anno 975. teſte Celeſtino in Hiſto: Bergomenſi lib. 19. cap. 2; de hoc eodem Azzone loquitur Corius lib. 1. Hiſt: quo loci affirmat eum eſſe filium Vidonis, qui eſt filius Bernardi, qui eſt filius Deſiderij Regis Longobardorum, eique cognomen leuæ familiæ vterque ſcriptor attribuit, quare cum Patris nomen non conueniat, Azzo Leuius Comes diuerſus eſt ab Attone Comite Mutinenſi, qui parentem habet Sigefredum.

Apud Bertoldum Presbiterum in Appendice ad Armanni contracti Chronicon anno 1097. legitur Azzo Marchio de Lombardia pater VVelphonis Ducis Bauariæ, iam maior centenario [vt aiunt obijt magnam guerram filijs ſuis reliquit de rebus ſuis, nàm VVelpho Dux omnia Patris ſui bona vtpotè matri ſuę donata obtinere voluit, ſed fratres eius de alia Matre procreati, noluerunt ſe pænitus exhæredari, vnde, & aditum ei in Lombardiam prohiberunt, cum iret ad poſſidendum. Hic Azzo longo temporis interuallo diſtat ab Azzone filio Sigefredi, nam Azzo Sigefredi circa annum 947 ſucceſſit Sigefredo Patri ideoq; non potuit ſuper viuere ad annum 9: 1097. quia non ſolum Azzo filius Sigefredi vixiſſet annis centum ſed annis centum quinquaginta etiam ſi dematur tempus, quo vixit viuente Sigefredo; quod incredibile eſt. Vlterius Azzo Marchio de Lombardia fuit pater VVelphonis Ducis Bauarię, Azzo filius Sigefredi fuit pater Thedaldi, & aliorum, non autem VVelphonis, & tamen non deſunt, qui hæc miſcent.

Domnizo lib. 1. cap. 2. cecinit.

Atto fuit primus Princeps aſtutus vt hidrus.

Nobi-

Nobiliter verò fuit ortus de Sigefredo
Quique duos natos alis genuit bene Claros.
Eſt primus dictus Sigefredus & Atto ſecundus
Filius, & paruus vocitatur quippe Gerardus.

Nonnulli arbitrati ſunt propter huiuſmodi verba fuiſſe genitos à Sigefredo duos Attones, cum tamen ex eodem Domnizone certum videatur tres ſolum filios à Sigefredo fuiſſe ſuſceptos, ſcilicet Sigefredum primo genitum Attonem ſecundo genitum, & Gerardum tertium filium, nam aſſerit à Sigefredo preter Attonem genitos fuiſſe duos filios ibi = quiq; [Sigefredus] duos natos alios genuit. Nam Atto non vocatur primus filius Sigefredi, ſed primus Princeps, & caput familiæ ibi = Atto fuit primus Princeps &c. & ad diſtinctionem Sigefredi qui eſt primo genitus Sigefredi Senioris, Atto dicitur, ſecundus filius ibi = eſt primus dictus Sigefredus, & Atto, ſecundus filius &c. non autē quòd Sigefredus de Comitatu Lucenſi habuerit duos filios nomine Attones, & qui affirmant duos fuiſſe Attones debuiſſent nobis diſtinctè dicere, quid fuit actum de his duobus Attonibus Domnizo poſt Initiū Poematis dubio procul vnū tantum agnoſcit Attonem, & tres tantum filios Sigeſredi, non autem quatuor, & Sigeſredum de Comitatu Lucenſi fuiſſe primum in familia Luce meridiana clarius nobis oſtendit, vnius Attonis geſta, vnius Attonis obitum, vnius Attonis filios vnius Attonis Vxorem recenſet.

Et hæc eſt Ildegardis quam lib. 1. cap. 3. vocat. Doctam gubernatricem prudentem, & probam conſiliatricem & vna cum viro Monaſterium in Brixillo pro Monachis.

Sanz

Sancti Benedicti extruxiſſe, & exceſſiſſe ante virum die Sabbathi XI. Februarij, ac in Canoſſa fuiſſe ſepultam, ſed ex qua fuerit natione quibuſuè parentibus orta nō legitur, Dominicus Millinus fol: 7. ex Franciſco Roſiers affirmat Ildegardam fuiſſe filiam ex fratre Ottonis primi Imper. Marchioniſsam Etruriæ, Sigonius de Regno Italiæ anno 945. affirmat eum geſſiſſe Comitis, Marchionis, & Ducis titulum Tuſciæq; Marchiam tuliſſe, ex quo eius poſteri vſque ad Mathildim in Tuſcia dominati ſunt, nullum tamen recenſent antiquum ſcriptorem, ſed tam Millinus, quam Sigonius, & alij refelli poſſe videntur. Adalbertus, ſeu Atto de quo agimus Vxorem duxit Ildegardam circa annum 947; vt nonnulli affirmant, ex hoc igtur tempore poterat Atto ſe Marchionem inſcribere, ſi Dotali Iure Marchiam Tuſciæ acquiſiuerat, & tamen ùſque ad annum 970. Comitem ſe appellauit, vt dictum eſt.

Rurſus ab anno 896. Adalbertus fuit Marchio Tuſciæ vſq; ad annum 917. quo obijt, eodemque anno fuit creatus Marchio Tuſciæ VVido filius Adalberti à Berengario Rege Italiæ ex Luitprando lib. 2. hiſt. cap. 15. quē ſequuntur Ammiratus in hiſt. florent. alij.

Anno 982. poſt VVidonem Lambertus ſubrogatur in Marchionatu. Lamberto oculis priuato, Hugo Rex Italiæ Marchiam Tuſcię Boſoni frati ſuo contradidit anno 936. ex eodem Luitprādo lib. 3. cap. 13. Boſone damnato. Vbertus filius naturalis Hugonis declaratus eſt Marchio ab ipſo Rege Hugone.

Vberto ſubrogatus eſt Hugo filius Teſte Sancto Damiano lib. 7 Epiſtola 12. qui Hugo ſuperuixit vſquè ad annum 1002. Cum igitur ante annum 900. vſque ad annum

1002. Conſtet qui fuerint Tuſciæ Marchiones, & Tuſciam poſſederint beneficio Imperatoris, non potuit Ildegardis Marchiam Tuſciæ, quam ipſa non poſſidebat, iure dotis transferre in Adalbertum qui, & Atto, eoque magis quià non iure ſanguinis, ſed beneficio Regnum modo vnus, modo alter Tuſciam vti Marchio gubernauit, & verum eſt, quod aliqui affirmant non Adalbertum, aut Thedaldum, ſed Bonifacium Mathildis Patrem primo creatum fuiſſe Tuſciæ Marchionem.

M. Antonius Guerinus in manuſcr. Hiſt. affirmat Ildegardam elegiſſe ſibi locum ſepulturæ in Eccleſia Sancti Bartholomei prope Ferrariam. Ibique fuiſſe ſepultam anno 970. idque conſtare ex quadam inſcriptione, quæ refertur a Domino meo Vghello in Italia Sacra in Epiſcopis Ferrarienſibus, ſed ex Domnizone probatur eã fuiſſe ſepultam in Canoſſa, inſcriptionem igitur alias in dicta Eccleſiam, vt dicitur viſam cuius his temporibus non extat veſtigium ſuppoſitam exiſtimabam.

IIII. Gerardus ſeu Gibertus Sigefredi tertio genitus Parmã vna cum fratre Sigefredo habitatum ſe tranſtulit, & deſcendentes ab eo vocati ſunt Guiberti, ſeu Giberti ex hoc Gerardo ducere Originem Principes Corrigij certo credit Luchinus in Chronico. In eadem eſt ſententia Georgius Gabbus de Regio in eius Epiſtola hiſt. manu ſcr. & mouetur ex diplomate, quo Gerardus Parmenſis lege viuens longobardorum die 18. Ianuarij 1058. Reditus Eccleſiæ Regienſis relictos à Guidone Comite Parmæ auxit donato predio in Villa Gauaſcæ, & ex alio documento, quo Albertus filius quondam Giberti de Comitatu Parmenſi ex natione ſua lege viuens Longobar-

gobardorum anno 1091. conceſſit Abbati, & Monachis Sancti Proſperi in Eccleſia Sancti Thomæ deſeruientibus facultatē fruendi Siluis in Curte Gurgo ad vſum Monaſterij, eorumque homines compelli non poſſe ad hoſpitandum ſub centum librarum argenti pœna, vt in Sancti proſperi legitur Archiuio, & Coniecturæ videntur non aſpernandæ cum Donatores ſint natione Longobardi, & Regienſi donent Eccleſiæ in cuius comitatu Sigefredus, & filij prædia, & Caſtra poſſidebāt, & donent prędium in Curte Gurgo, cuius portionem Mathildim, eiuſque anteceſſores ſub eorum Dominio retinuiſſe conſtat ex priuilegijs in fine relatis.

V. Rodulphus ex Adalberto, qui, & Atto, & Ildegarda progenitus pulcherrimus Iuuenis ante parentes mortuus eſt, ſed quo loci quoue tēpore incertū; Domnizo cecinit Rodulphū dimiſiſſe terras āte Calendas Auguſti denis duo iunctis quippe diebus ſcilicet die 26 Iunij.

VI. Gotifredus Secundogenitus creatus eſt Epiſcopus Brixienſis non autem Brixienſis, vt credidit Roſiers, à quo cum Atto pater reliquias Sancti Victoris dono acceperat, memor beneficij prædia nonnulla, & ex aliis prædijs decimas Epiſcopo conceſſit, ex Domnizone libro primo cap. 2. donatio Reliquiarum inducitur facta poſt Canoſſam mænibus circumdatam; quare licet arguere Gotifredum circa annum 950. Eccleſiæ præfuiſſe cū paucis antea ānis Canoſsa muniri poterit.

VII. Thedaldus Tertiogenitus, qui poſt Attonē totū ſeruatit honorem hæres extitit Adalberti, & Ferrariam à Ioanne Summo Pontifice in beneficiū recepit Domnizone canente lib. 1. cap. 3.

Romanus Papa , quem ſincere peramabat.
Et ſibi conceſſit , quo dei Ferraria ſeruit.

An autē fuerit Io: xv. qui ab anno 985. vſque ad 995 .vixit in Pōtificatu , ſiue Io: xvi. qui die 18. Iunij, 995. creatus migrauit ad Dominum poſt quatuor in Pontificatu menſes incertum eſt. In Ciuitate Ferrariæ Thedaldus Caſtrum à fundamentis extruxit de ſuo nomine nuncupatum Caſtrum Thedaldi, vulgo Caſteltedaldo, quo pene diruto Paulus Quintus Burgheſius Arcem à fundamentis erexit, foſſis, Valliſque munitam, quam magno ſumptu perfecit Vrbanus VIII, & hinc Thedaldū Titulum Marchionis ademptum fuiſſe credebā. Inſuper in Inſula, que dicitur S. Benedictiinter Padū, & Larionē celeberrimum Monaſteriū, ac Eccleſiā ædificauit, ſeu reſtituit in honorem S. Mariæ Virginis S. Benedicti S. Michaeli Archāgelis, & Sancti Petri Principis Apoſtolorum, & medietatem Inſulæ, aliaque prædia dono dedit, vt probat Inſtrumentum celebratum menſe Iunio Indictione Quinta, Henrici Regis in Italia anno quarto, qui reſpondere videtur anno 1005. in Sūmario n. 9. Sigonius de Regno Italiæ , Millinus de geſtis Mathildis cap. 1. tradunt Thedaldum creatum fuiſſe Marchionē Mantuæ ab Ottone Secundo ad annum 980. Luchinus in Chronico Mathildis anno 984. Sardus lib. 3. narrat Albertaccium fuiſſe donatum Caſtro eſte ab Ottone primo creatumque fuiſſe Marchionem eſtenſem, & hinc eius deſcendentes , & filios. Inter quos Thedaldum, de quo agimus appellatos fuiſſe Marchiones Ateſtinos, hanc diſſentionem cum ex authenticis nequeam tollere documentis ſcriptorum fidei lectorem committo. Thedaldus exceſſerat è viuis die 8. Maij 1007; vt pigna Si-

gonius,

gonius, Albertus Millinus, & alij recentiones affirmant ſuperſtitibus tribus filiis ex VVilia, ſeu Guilia Vxore. Guiliæ mentionem non reperio apud veteres ſcriptores, Luchinius cap. p.º Guiliam vocat filiam Ducis Federici Alemanni & Roſiers Comitiſſimã Renenſem. Antonius Poſſeuinus in Gonzaga lib. p. fol. 53. Guiliam aſſerit fuiſſe filiam Azzi, & Vxorem Thedaldi. Dominizo lib. 1. cap. 4. cecinit.

Vxor Thedaldi fit Guilia dicta Ducatrix.
Hec placuit paruis pietate placebat, & altis.
Binis ante dies Auguſtus deniq; finem.
Quam caparet, terra fuit. & proba Guilia tecta.

Apud Luitprandum lib. 4. cap. 4. legitur Thedaldum Marchionem Camerinorum, & Spolitinorum proxima affinitate coniunctum Hugoni Regi Italiæ aduenisse in auxilium Principis Beneuentani contra Græcos, qui eum vehementer oppreſſerant, belloq; Græcos fuiſſe ſuperatos, quare cum captos virilibus amputatis Thedaldus dimitteret ad annum 933. mulier con queſta Thedaldo, virum ſibi membris integris reſtitui obtinuit; cum autem hic Thedaldus vitam cum morte commutaſſet Hugo Rex Italiæ Anſcarium conſtituit Ducem anno 939. vt legitur lib. 5. cap. 2. Hinc fit quod iſte Thedaldus Marchio Camerinorum non poſſit eſſe Thedaldus Bonificij Pater, cum Thedaldus Bonifatij Pater eſſet in humanis anno 1007. ſcilicet annis ſexaginta poſt obitum Thedaldi Marchionis Camerinorum, & tamen nonnulli hos duos Thedaldos pro vno, eodemq; Thedaldo accipiunt, & hiſtoriæ nubes oſtundunt.

Franciſcus Maria Fiorentinus lib. 5. fol. 12. Thedaldum fuiſſe Marchionem Tuſciæ arbitratur) ſed in hac Mar-

chia

chia non habuiſſe hæredem Bonifatium, niſi viginti poſt obitum annis, quod Thedaldus fuit Marchio, perclarum eſt, & ipſeſe Marchionem vocat, & vocatur ab alijs in Summario numero 9. 10. 11; & ſeq; quod fuerit Marchio Tuſciæ nullibi legitur, & cõſtat ab ãno 896. vſq; ad 1002. alios fuiſſe Tuſciæ Marchiones, & ſic in ſpatio centum & ſex annorum Thedaldus non potuit eſſe Marchio Tuſciæ, cum vnus poſt alterum fuerit immediate creatus vt ſupra narratum eſt. anno 1009. Marchio Tuſcię erat Bonifatius filius Alberti Comitis, ãno 1011. erat Albertus filius Alberti, vt admittit idem Fiorentinus par: 3. fol. 47, quare ſi Thedaldus fuit Marchio Tuſciæ ſolummodo potuit eſſe Marchio ab anno 1002. vſq; ad annum 1007. quo obijt ſed nullibi probatur qua reputabã dici poſſe illum fuiſſe Ferrariæ Marchionem quam à Summo Pontific in beneficium acceperat, vel Mantuę, vt colligi poſſe videtur ex diplomate Sãcti Herrici primo anno incarnat. Domin. 1003. Indict. prima quo Rex per interuentum Thedaldi ſui fidelis Marchionis donat Sigefredo Epiſcopo Parmenſis Abbatiam Sãcti Silueſtri Confeſſoris, & Nonantulæ vt videre eſt in Italia Sacra Domini Vghelli to: 2. fol. 204.

Præter ſupranominatos ex Sigefredo deſcendẽtes reperio Adalbertum, ſeu Attonem habuiſse filiam, quæ nupſit Magnifredo Marchioni filio Arduini, qui Arduinus vti Dux militum Berengarij ſecundi circa annum 950. obſedit in Caſtro Canoſſæ Adaleidem Reginam Vxorem quondam lothorij Regis Italię, ſic enim legitur in Chronico Noualiſenſis Monaſterij impreſſo tomo 3. hiſtorię franchorum Regina, vt ſupra retulimus, coanguſtantur diuerſis Calamitatibus, & auxilium petit ab Attone

tone qui fuit Auus Bonifatij, qui audiens legationem equos producit, Reginam aufert in Canuſio Caſtro &c. hoc ideo fecit Arduinus, quia Atto ſocer erat filij ſui, hoc eſt Atto erat pater fæminæ, quæ erat Vxor Magnifredi, qui eſt filius Arduini.

Inſuper cõſtat Adalberto, qui & Atto fuiſſe Conſobrinum alium Attonem filium quondã Attonis de Comitatu Parmenſi lege viuentem Longobardorũ ex natione, vt in tabulis n°. 2°. ex Archiuio Regienſi, vt videre eſt in ſtemmate ſequenti. an autem Atto de Parma, & Adalbertus, qui, & Atto ſint Conſobrini ex maſculis, vel fœminis incertum eſt.

N. N.

Rogerius Comes. Aurerius ſub Rege Bereganrio. Arduinus. Sigefredus. Atto de comitatu Parmēſi

Arduinus ſub Ottone p.º & 2. & 3. & Rege Henrico p. à quo priuatur Regno Italię

Atto Comes Socer Maginfredi.

Atto

Maginfredus Marchio = N. Vxor.

Alricus Epiſcopus Aſtenſis.

Maginfredus qui, & Odlericus.

VIII. Thedaldus Thedaldi Marchionis primogenitus creatus eſt Epùs Aretinus circa annum 1015. huic Sāctus Romualdus morti proximus aſſurgētem familiam commendauit; qua propter Romualdo Defuncto Templum fontis boni Donato,&Ilariano Chriſti martiribus Aretij

Tutu-

Digitized by Google

Titularibus ſolemni ritu dicauit, & illud Petro Eremitæ cum Decimis, alijſq; Immunitatibus, & priuilegiis conceſſit. hunc cum quidam adhortarentur, vt ob acquirẽdam valetudinem ſeſe cum muliere pollueret ignẽ in cubiculo ante cubile iuſſit accendi, & ait = ſi flammã hanc ferre non valeo quomodo Baratri flammam ferre potero ? atq; ità ſceleris conſiliarios eluſit, & eiecit; deteſtabatur adeò Symoniacos, vt neq; obolum pro Pontificatu expendere ſe velle profiteretur, Eo Duce Guido Muſicis Miorologum librum renouauit ex Domnizone lib. 1. cap. 5. migrauit ex hac vita anno ſalutis 1036. vt legitur in hiſtoria Cameldulenſi lib. primo cap. 18. & 41.

IX. Bonifatius Marchio, & Dux ſecundo genitus Thedaldi, ſed primus ex benedictione Patris, qui à ſubditis pro ceribus, & Comitibus illi etiam ſe viuo præſtari voluit Iuramentum fidelitatis, hæreditatem excepit, & in ea inter alia reperijt magnos numeratæ pecuniæ aceruos, quare Domnizo cecinit lib. p. cap. 4.

Ceruinos plenos nummis ſaccos duodenos.

Liquerat in propria Camera genitor Canuſina. Vxorem duxit Richildam Geſeberti Comitis Palatij filiam, vt in diplomate num. X; & XI. quæ ſe Comitiſſam inſcribit. Bonifatius inquit Domnizo lib. p. cap. 6.

Marchio Richildam prætaxatus Comitiſſam.

Quæ Geſelberti de ſanguine Principis extat.

Duxit in Vxorem, fuerat quia diues honore.

Pigna tradit Richildam eſſe filiam Giſeberti Vicarii Imperialis in Verona, ibique ſepultam fuiſſe vt legitur in manuſcripto, quod refert Millinus fol. 12.

Luitprandus lib. 3. hiſt. cap. X. his inquit temporibus regnante

gnante in Italia Rege Hugône VValpertus, & Gezo pærnomine Euerardus Papię prępotētes Iudices erāt, cauſa autem potentiæ VValberti hęc erat, quoniam Cumis ditiſſimo in loco filium ſuum Petrum Epiſcopum fecit, Razam verò natam ſuam Giſiberto Comiti Palatij Coniugio Sociarat, ea tamen tempeſtate vterque defunctus erat; ex hoc Sigeberto Comite Palatij Opinabatur, quis Richildem primam Bonifatij Vxorem, cum nomen patris, & Titulus Comitis Palatij conſenſiant; ſed ego hærebam quià hic Sigebertus, & Giſebertus viuebat regnante Rege Hugone, qui licet fuiſſet ſalutatus Rex anno 926. ex Italia tamen non receſſit, niſi circa annum 947. quare ſi Giſebertus peperit Richildam regnante Hugone Richilda fuiſſet grauis ætate, & ſine ſpe Prolis cum nupſit Bonifatio & ſi tempora deducātur, ab anno 947. vſque ad annum 1037; quo Rechildis dicitur obijſſe, decurrunt anni nonaginta, non computatis aliis annis ante annum 947. tanquam incertis, in quibus Richilda vixit, ſed vtcumque ſit annus natiuitatis Richildis ignoratur, ideoque cum certo pedem figere nequeam, ſat erit retuliſſe, quid alij cenſuerint. Anno 1034. Richildis procul dubio viuebat, & probatur ex Inſtrumento, quo eadem Richilda, & Bonifatius precario accipiunt ab Innone Epiſcopo Mutinenſi Curtes duas cum Rocchis, & Caſtris, alteram in loco, qui dicitur Cugnano vnacum Eccleſia Sancti Michaelis, alteram in loco Sauianenſi Richilda nullum peperit Bonifatio filium, & cum eſſet in egenos effuſa deceſsit in Caſtro Nogariæ anno 1037.

Qua propter Bonifatius Secundam Coniungem accepit

pit nomine Beatricem filiam Mathildis, & Federici Ducis Lotharingæ Moſellanæ Regia Stirpe genitam, de qua Domnizo libro primo capitulo 9.

Stirpe fuit genita regali pulchra Beatrix;
Maiorum mundi ſtirpe fuit genita;
Præbuit Italia Bonifatium generoſum
Atque Beatricem Gallia fert Italis.

Hanc Bonifatius deſponſurus eodem anno 1037. ex Sigonio profectus eſt in Italiam magno equitum Comitatu, equorumque numero, loco calybis, & ferri in pedibus equi deferebant argentum clauis non repercuſſis, vt illo fracto, vel non reſiliente populus in itinere frueretur, celebrato matrimonio in Lombardia cum Vxore remeauit, vbi obuiam habuit populos, & quirites; tribus menſibus couiuia habita ſunt in Caſtro Maregi; ex puteo vinum hauriebatur argentea fiſtula, & Catenæ, Lances, & cadi qui ferebantur ab equis; erant argentei vt cecinit Domnizo.

Letitiam noui Matrimonij finitimum bellum abrupit Conradus Imperator anno 1038. Parmam obſidione cinxit, & cum Ciues viriliter obſiſterent in auxilium euocauit Bonifatium, qui percuſſo fædere cum Imperatore, coegit tandem Parmenſes, vt ſe Conrado dederent, eiuſque Clementiæ ſe committerent. Ciues paruerunt, & Conradus Marchiam Parmæ Bonifatio tradidit præſtito vtrimque Iuramento.

Henricus Secundus Conrado Subrogatus bellum contra Burgundiam mouerat, cum Caſtro obſideret [quod Millinus fol: 24. vocat Mirolatum] Bonifacium

ex Italia euocauit, paruis hic ea conditione, quod ſi Caſtrũ expugnaret nõ cogeretur vlterius vltra montes proficiſci. De Conſilio igitur Bonifatij Imperator tribus diebus ante ipſius aduentum abijt procul à Caſtro; Bonifatius obſidionis onus ſuſcepit, Caſtrumqne nonnullis poſt diebus expugnauit, & cæpit quo Imperatori tradito in Italiam magna cum Gloria remeauit circa annum 1045, quo Reginoldus & Giroldus Burgundiones Regi, apud ſoludunem in deditionem venerunt. ex Hermanno Contracto in Chronico.

Anno ſequenti venit in Italiã Imperator Coronam Imperij à Clemente ſecundo Summo Pontifice recepturus, cum Placentiæ moraretur dono miſſit Bonifatius Currum, ſeu Carpentum in quo erat Veges Argẽteus Aceto plenus; cum vero ipſe cum Imperatore moraretur in Ciuitate Mantuana aduenit Comes Albertus Bonifatij Seruus, & obtulit Henrico.

Cornipedes centum tilios, qui iure niteſcunt.

Cum rudibus ſellis, rudibus frænis, vel habenis.

Mutatos centum, non mutatos quoque Centum.

Aſtures pulchros Regi ſimul obtulit vltro; quo munere viſo exclamauit Agnes Regina. Henricus vero ſubditos eſſe tam diuites Bonifatio admiratus, quid peteret, interrogauit at ille.

Nil aliud quæro, volo, nec cupio, neque ſpero.

A te ni tantum meus, vt dominus ſit amatus

Quare Imperator Albertum ad Commune prandium inuitauit, renuentem Bonifatio aſſentiente coegit; ſedit ad menſam Albertus cibi parum abſumens expletis; epulis veſtes pulcherrimas, & pelles dono accepit, has cum ad Cubiculum Ducis detuliſſet vna cum Corio Cerui

num-

nummis repletó, veniam à Bonifatio impetrauit.

Nihilominus Henricus ſuſpectas habuit Bonifatij vires, quà propter ex īprouiſo Conciliū pro rebus Imperij ſimulat; aduocat ſpecie honoris Bonifatium, iubet æditua, vt illum ſolum cum paucis in Palatium ingredi permittat ſed cum Regis Nuntij aduentum accelerarent Marchio Inſidias veritus, nobilibus ſtipatus armatis in Palatium ingreſſus eſt; verum cum Cuſtos primam Ianuam clauſiſſet, Bonifatius illam effringi præcepit, ſecunda Ianua pari modo effracta eſt, ſicuti, & tertia ipſius Cubiculi in quo Rex morabatur, cui factum admiranti reſpondit Marchio ſe ſuo more armatis ſtipatum incedere; Rex iram compeſcuit amicitiam ſimulauit, vt dolo comprehenderet, nam paucis poſt diebus ad nocturnas eum confabulationes inuitauit. Bonifatius Regi obſequens iuſſit, vt quilibet ex ſeruis ſuis candelam vnius libræ ex cera geſtaret accenſam in haſta, ſeque omnes comitarētur, itaut columna ardens paritèr ex cera prçiret, quare cum Regis familiares, ipſeque Rex Bonifatium ad Palatium hoc ordine venientem proſpexiſſet, miſſo nuntio, gratias de aduentu agens eum ad Domum poſſe redire denuntiauit, quaſi alia tunc vrgerent negotia, Henricus omni ſpe potiundi Italia fruſtratus in Germaniam reuerſus eſt. Bonifatius, qui metum temporalis Regis excuſſerat, iram metuens çterni ob diuenditas res Eccleſiaſticas ad Exemplar Regis Theutoniæ errorem cōfeſſus eſt Guidoni Abbati Pomposiano publicē paratus agere pænitentiam; nam in Eccleſia nudum ſe flagris cædi permiſit, præſens ſæpe aderat, tam die, quam nocte in Choro, Cappellanis & Monachis Diuina officia celebrantibus; & accidit aliquando, vt cum

vidiſ-

vidiſſet pueros in Eccleſia pomposiana prona humi facie orãtes, vt eos probaret, ex tecto ad quod præmiſerat famulum proijci iuſit decem argenti libras, ſed pueri licet ſcirent proiectas, proijciendaſque eſſe pecunias immoti in oratione permanſerunt; Nouam Puppim ſeu Trirenem confici iuſſit, vt ad Sanctum Chriſti Sepulchrum, ad quod ſe uoto iturum promiſerat, tanſfretaret, ſed ob ſuperuenientem obitum complere non potuit; die enim 6. Maij 1052. vitam cum morte commutauit ſuperſtite Beatrice coniuge, & Federico, & Matilde ex Domniz. lib. p. cap. 16. & Ermanno, qui loquitur ijſdem diebus (poſt feſta paſchalia Bonifatius ditiſsimus Italiæ Marchio Beatricis nobiliſsimæ Comitiſſæ Maritus, inſidijs à duobus exceptus militibus, ſagittiſque vulneratus, & mortuus Mantuę ſepelitur. Philippus Bergomas in ſupplemento refert obitum ad annũ 1059. ſed per errorem Sepulcrum viſirur Mantuæ in Eccleſia Sancti Petri cum Inſcriptione. Hic iacet egregius D. Bonifatius Illuſtris Marchio, & pater Sereniſsimæ Dominæ Comitiſſę Mathildis, qui obijt 1052. die 6. Madij indictione quinta.

Eodem tempore viuebat alter Bonifatius Comes Veronæ filius quondam Henrici, vt in Inſtrumento quo Cappellam Sãctorum Iuſti, & Fidelis in Caſtro Medulæ Comitatus Brixienſis donat Eccleſiæ Cathed. Brixiæ anno 1020; quod ideo adnotabã, nequis Bonifatiũ Mathildis Patrẽ credat fuiſſe tunc temporis Veronæ Dominum.

X. Conradus miles tertiogenitus eſt Thedaldi cum hunc Italiæ quidem proceres a fraterna beneuolentia ſegregare nequiſſent, ſpe nuptiarum è Domo Paterna ſeduxerunt, & in ſalutato Bonifatio venire ad eas allexertũ,

ſed ab

ſed ab iiſdem in itinere paſſus eſt inſidias,& licet paucos in Comitatu ſeruos haberet, nihilominus ſe hoſtibus oppoſuit, & dimicando eorum manus euaſit, quare Bonifatius proditionis certior factus, accurrit armatus Comites proditoris prope Cruciolum aperto marte deuicit. At Conradus vulnere accepto Regium ſe contulit vbi poſtquam conualuiſſet ludens & edens morti latus aperuit die 15. Iulii anno 1030. ad Templum Sancto Appollonio in Canoſſa dicatũ cadauer delatũ, ibiq; ſepultũ iuſſu Bonifatij qui Curtẽ Cagnaulã in Beneum Animę defuncti germani donauit Eccleſiæ ex Domniz.

Hinc colligitur Conradũ ſine Vxore, & liberis deceſsiſſe Gaſpar tamen ſardus in hiſt. Ferrarię affirmat huic Cõrado fratri germano Bonfatij fuiſſe ſuperſtitem filiũ, quẽ vocat Vgonẽ Malaſpinã Matil. Conſobrinũ. Millinus eidẽ adſtipulatur p.e 1, fol. 3. ſed ex arbitrio, & ſine auth.

XI. Ex Bonif. & Beatrice natus eſt Federic. qui paulo poſt obitũ patris exceſsit è viuis ãno 1055. Ermanni cõtracti cõtinuator in Chronico ad eundẽ annum hunc Bonifatij filiũ maſculum nõ vocat Federicũ, ſed Bonifatiũ, quare hic Federicus, vel fuit binominis, vel Amauentiũ incuria ob crebram mẽtionem Bonifatij Patris irrepſit error in hiſtoria, ſcriptores enim, & Inſtrumenta vnum agnoſcunt Bonifatij Ducis filium maſculum.

XII. Beatrix ſecundogenita Bonifatij infans moritur Patre viuente. Luchinus de geſtis Mathildis cap. 3. Beatricem filiam Bonifatij appellat Beatricium, & Maſculum credidit Domnizo lib. p. cap. X. & alij Beatricem vocant.

XIII. Mathildis Comitiſſa, & Ducatrix tertiogenita poſt obitũ Bonifatij Patris, & Federici Fratris diuitiarum dignitarum, & magni nominis hæres extitit, ſed ſub

Tutela

Tutela, quare Illuſtriores Orbis Principes illius Coniugium expetebant:Beatrix Mater natione ſalica ſalicos prædilexit Princepes, & ſe ipſam tradidit in Matrimonium Gotifredo Barbuto Duci Lotaringiæ Moſellanę, & Mathildim Gotifredo alteri ipſius Barbuti filio circa annum 1053. vt infra capitolo V. latius dicitur. Mathildis pro Alexandro Secundo Summo Pontifice vnacum Beatrice contra Cadalum pſeudo Pontificem prope Romanum Tiberim aperto marte pugnauit victumque Cadalum in arce Creſcentij detinuit, a qua cum aufugiſſet Summo Comitiſſarum mærore tandem Parmæ deriſus interijt. ſæpius pro Gregorio Septimo duxit exercitum, victa etiam vicit, Henricum tertium in Canoſſa recepit, & mandatis Summi Pontificis parentem, deque male actis pænitentiam agentem aſpexit, ſed Henrico retrorſùs abeunte, pugnatum eſt alterna fortuna, non tamen Imperator deſiit, vt Comitiſſam Inſidijs interciperet, Nogaram Platanam, & alia Caſtra in poteſtatem redegit, Mantuam expugnauit exercitum Duciſſæ apud tres Comitatus vertit in fugam capto Manfredo Nobili viro Oberti filio: Carpinetum, & Mōtèbellum vbi Henrici filius occubuit,& arcem Canuſinam obſedit, ſed non ſine ſanguine, nam Vrbertus Marchio Imperatoris ſignifer haſta confoſſus interijt;ſolutaque eſt obſidio, poſtquam Henricus, vltrà Padum reuerſus eſt. Mathildis verò Caſtrū Gubernulę, Ripaltam, & alia Oppida Ciuibus vltro ſe dantibus recepit, Vrbano in Lombardiam venienti obuiam iuit ſolemni pompa, preſens adſtitit vna cum Regina Agnete in Concilio Placentiæ celebrato ad annum 1095; quo Henricus Imperator anathemate percuſſus eſt;poſtmodum

dam Ferrariam ſibi rebellem terra marique obſeſſam edomuit, Paſchali ſecundo ſuppetias tulit cōtra Henricum Quartum inter quos etiam Principes pacē compoſuit, qua tamen videtur vſus Imperator, vt Eccleſiarū inueſtituras ſibi liberius vindicaret, nam Pontificē in ipſa die coronationis in Baſilica Beati Petri dolo cępit, extra Vrbem non ſine ſuorum militum ſanguine eduxit, ſed non multo poſt extortis nonnullis in præiudicium Eccleſiæ capitibus libertati reſtituit; Cum ex Italia in Germaniam remearet Matildim in Bibianello Commorantem pluribus aſſociatus Proceribus inuiſere voluit ex mutuis locutionibus ipſius Conſtantiam, & prudentiam admiratus, vltro non petenti veluti Matri regimen Regni Liguriæ tradidit; tandem anno 1114. Parmam obſidione perdomuit, & priſtinæ Iuriſditioni ſubiecit, paulo poſt valetudine deſtituta die 14. Iulii 1115. iuxta computum piſanum, ſed anno 1116. iuxta computum Romanum apud Bibianellum beato fine quieuit ætatis ſuæ anno 69. De pia in Romanā Eccleſiam donationem in ſecunda parte agetur: vnum in memoriam reuocabo, Comitiſſam aduerſus Imperatores Regeſque Italiæ cōſanguinitate poſt habita patientem pulueris, atque ſolis, aduerſis non depreſſam nec rebus elatam proſperis, victricemq; tamē Chriſto Duce, & auſpice pro Religione; pro libertate Italiæ pro Romani Pontificis dignitate tuenda dimicaſse triginta, & amplius annis; ſepulta eſt in Baſilica Sancti Benedicti ſuper Padum lironem, vt *Infra* dicetur.

Poſt hæc ſcripta prodijt in lucem Dominus Franciſcus Maria Fiorentinus, qui ſumma diligentia Cumulatis, quæ de Mathildi, eiuſque progenie potuit inuenire lib.

3. operam nauauit, vt genitores Sigefredi, qui primus in ſtemmate ponitur expiſcaretur; Aſſerit ſe inſpexiſſe duo Priuilegia, Alterum Ottonis quarti ad annũ 1210. Conceſſũ Abbati Sancti Saluatoris de Sexto, alterum Federici ſecundi, Conceſſum Monaſterio Sancti Benedicti propè Mantuam Datum in Caſtris apud Vrbem menſe Nouembris Inditione nona anno Imperij eius primo, Regni Siciliæ XXIII. hoc eſt anno 1220. & in vtroq; Priuilegio affirmat ab Imperatoribus confirmari ea, quæ fuerant ab alijs Principibus conceſſa præfatis Monaſterijs per hæc verba, quæ à Marchione Thedaldo, & progenitoribus eius, Bonifatio & Alberto Marchionibus, & Nobiliſſima Comitiſſa Matildi Duce VVlphone, & alijs viris nobiliſsimis &c. Confirmamus.

Ex his verbis colligitur Bonifatium, de quo in Priuilegijs, velle eſſe illum Bonifatium fama nobilem, Corſicæ Præſidem imperante Ludouico Pio ad annum 822. itaut Bonifatius ſit pater Alberti, Albertus autem pater Sigefredi de Comitatu Lucenſi.

Aut Bonifatium eſſe fratrem Sigefredi prædicti.

Siue Bonifatium eſſe filium Vbaldi Marchionis Camerinorum, & Spoletanorum hoc modo.

Vbaldus

Vbaldus Marchio : Bonifatius : Albertus :

Sigefredus : Bonifatius Marchio : Sigefredus :

Adalbertus Atto. Adalbertus, qui, & Atto.

Thedaldus : Thedaldus :

Et tandem poſtquam plures coniecturas adduxit ; ſe certi nihil affirmare poſſe ingenue fatetur.

Vt autem intelligat lector patrem Sigefredi, qui primus in Geneologia ponitur, non probari ex adductis in Fiorentino, fuiſſe Albertum, vel Vbaldum dicebam primo non conſtare, de quibus Alberto, & Bonifatio Marchionibus loquantur diſplomata Imperatorum Ottonis 4. & Federici 2. generaliter enim loquuntur, nec tempus, quo dicti Marchiones vixerint apponunt, & tamen conſtat plures eiuſdem nomines Albertos, & Bonifatios ante Thedaldum vixiſſe in Tuſcia, lociſque proximis Tuſciæ.

Secundo reſpondedam verba [progenitoribus eius] non

iungi cum Alberto, & Bonifatio itaut Bonifatius, & Albertus dicantur fuiſſe progenitores Thedaldi, ſed germanum ſenſum eſſe, quod Otto quartus, & Federicus Secundus confirmant Monaſterio quæ fuerunt illi conceſſa à Thedaldo & à progenitoribus ipſius Thedaldi, & ab Alberto, & Bonifatio Marchionibus; itaut verba [progenitoribus] ſint ſubſtantiua, & ſtent adiectiuè ad Thedaldum, non autem ſtent adiectiuè ad Albertum, & Bonifatium.

Tertio quia in Priuilegijs non declaratur an Albertus, & Bonifatius ſint immediati anteceſſores Thedaldi, an mediati, & tamen Fiorentinus arbitratur loqui de mediatis anteceſſoribus Thedaldi, quod nullo pacto deduci poteſt ex Priuilegiorum verbis; ait enim Bonifatium eſſe patrem Alberti, Albertum Sigefredi, Sigefredum Attonis, Attonem Thedaldi, ſed inter Thedaldum, & Albertum adſunt intermedij Sigefredus, & Atto Immediatus Thedaldi anteceſſor quià eſt ipſius pater, de quibus duobus ſcilicet Sigefredo, & Attone anteceſſoribus cũ Priuilegia non loquãtur tunc fit, vt ratiocinatio Domini Fiorẽtini certo nõ poſsit inniti fundamẽto.

Quarto ſi Albertus, & Bonifatius erant Marchiones ante Sigefredum, qui recta linea deſcendit ab ipſiꝭ Marchionibus Bonifatio, & Alberto, ex ſententia Fiorentini, ipſe etiam Sigefredus filius, & Nepos reſpectiuè, debuiſſet vocari Marchio, & tamen Sigefredus in plurimis Inſtrumentis, quæ recenſentur à n.º p.º vocatur ab Attone filio, ſine aliquo titulo, ſcilicet. Atto filius quondam **Sigefredi vel Atto filius bonę memoriæ Sigefredi** de Comitatu Lucenſi, & Domni-

zo,

zo, qui etiam familiam laudat, & nobilem vocat Sigefredum cecinit fuiſſe hominem diuitem de Comitatu Lucenſi nullo ei attributo Titulo Ducis vel Marchionis, & recentiores ſcriptores illi Titulum Marchionis attribuere non audent; quare cum Atto filius Sigefredi, ipſum Sigefredum Patrem non appellet Marchionem, hinc fit, vt credam Sigefredum non fuiſſe filium Marchionis prout eſt Albertus filius Bonifatij Marchionis Camerinorum.

Si autem Bonifatius collocetur in Linea Collaterali, itaut ſit Frater Germanus Sigefredi, qui eſt Pater Attonis, qui eſt Pater Thedaldi hinc fit, quod Bonifatius, vel Albertus non poſſit vocari progenitor Thedaldi, cum Thedaldus non potuerit generari, nec dici poſſet generatus à Bonifatio, qui eſt Patruus.

His addi poteſt illum Bonifatium patrem Vbaldi fuiſſe Maritum Valdradæ, quæ erat filia Rodulphi Regis Italiæ, vt in Luitprando; quare veriſimile eſt, quod Domnizo meminiſſet Vbaldi, qui dicitur eſſe pater Sigefredi de Comitatu Lucenſi, nec affinitatem toti Italiæ notam prætermiſiſſet, ſi Sigefredus de Comitatu Lucenſi fuiſſet filius Vbaldi Marchionis Principis tam Illuſtris in Italia dominantis, ac Nepos Rodulphi. Regis inſuper idē Luitprandus lib. 2. cap. 16. recenſet omnes filios Alberti, inter quos non legitur Sigefredus.

Quod ſi opponas Luitprādum ſecutum fuiſſe vulgi opinionem, nec de omnibus certam habuiſſe notitiam, erraſſe inſuper in nomine Patris Bertæ, quā lib. 2. cap. 15. & lib. 5. cap. 2. aſſerit fuiſſe filiam Hugonis Regis, cum tamen ſit filia Lotharij Regis, vt legitur in tumulo, qui adhuc Lucæ viſitur.

Hoc

Hoc tegitur tumulò Comitiſſæ Corpus humanatum.
Inclita progenies Berta benigna pia.
Vxor Adalberti Ducis Italiæ fuit ipſa.
Regalis generis, quæ fuit omne decus.
Nobilis exalto francorum germine Regum.
Carolus ipſe pius Rex fuit eius auus.
Quæ ſpecie, ſpecioſa bona, ſpecioſior actu.
Filia Lotharij pulchrior ex meritis.
Idibus octauis martis migrauit ab iſta,
Vita, cum Domino viuat, & in requie.
Anno Dominicæ Incarnationis 925. Ind. XIII. abijt de Mundo.

Reſponderi poſſet non Conſtare quo tempore & à quo fuerit poſitus Tumulus, ideoque ex ſola Tumuli ininſcriptione, non debet minui authoritas, & fides Luitprando; tunc temporis ſcriptori. Secundo Incertum eſt, quæ ſit iſta Berta cuius pater eſt Lotharius Rex Frāciæ, & Carolus eius Auus, quia in pluribus ſcriptoribus preſertim gallicis ad huc reperire non potui, qui dicat Caroli Magni filium Lotharium fuiſſe patrem Bertæ, eumque nupſiſſe Adalberto Marchioni Tulciç, ſicuti nec reperit Fiorentinus, ſed quocunque modo res ſe habeat, non poſſum agnoſcere in hac familia aliquem ante Sigefredum, qui fuerit eo ditior, nec aliquem qui ob Titulos, & dignitatem fuerit Illuſtrior Adalberto, vel Attone filio ipſius Sigefredi, niſi probatæ fidei Documenta, vel ſcriptores exhibeantur tempore æquales.

Hęc differueram cum peruenit ad manus integrum ex Archiuio Sancti Benedicti prope Mantuam priuilegium Henrici V. Imperatoris anno 1184, quo Tollitur omnis ambiguitas, quæ ex verbis in diplomatibus Ottonis

quarti

quarti, & Federici ſecundi poſſet oriri, ipſe enim Henricus recepit ſub Imperatoria protectione Monaſterium Sancti Benedicti ſupra Padum, Monaſterium de Gonzaga, Monaſterium de leto Paludano, Monaſterium ſextenſe poſitum in Comitatu Lucano, & Monaſterium Sancti Martini, deinde ſubit = ſpecialiter omnia bona mobilia, & Immobilia, quæ ab Henrico 3: & 4. Lothario, & Conrado, & Magnifico Federico patre noſtro Romanorum Imperatoribus, & quęcumque nos eidem Monaſterio largiti ſumus, & quæ à Magnifico Thedaldo, & à progenitoribus ſuis, & à Bonifatio, & Alberto marchionibus, & Nobiliſsima. Comitiſsa Mathildi, & Duce VVelphone, & ab aliis viris nobilibus Capitaneis, & VValuaſoribus, & aliis Vaſsallis, & hominibus noſtris ſupradicto monaſterio, & Eccleſiis donata, conceſſa & confirmata ſunt &c. donamus concedimus, & confirmamus vt n.° fin.

Ex quo clare demonſtratur verba [progenitoribus eius] appoſita fuiſſe Thedaldo, & denotare Thedaldi progenitores quicumque illi ſint nullo nominatim expreſſo, & dicta verba contra diſtingui à Bonifatio, & Alberto propter dictionem (&) quæ coniungit nomina inter ſe diuerſa, itaut Bonifatius, & Albertus vocentur Mar-

Comite

chiones,ſed non Progenitores Thedaldi.

Poſſem etiam opponere Fiorentino Pignam cum ſeguacibus,qui in hiſt. de principibus Eſtēſibus affirmat Ottonē Comitem Eſtenſem eſſe patrem Sigefredi, ſeu Sigeberti, ſed quia non aperit, vnde hanc Ottonis paternitatem acceperit, & Sigebertum pro Sigefredo ſupponat, remittam eum ad Iudices, qui Teſtes rationem ſui dicti in re tam antiqua non reddentes explodunt à Iudicio.

Dominicus Millinus fol. 38. refert ex latio Attonem ab Ottone primo Imperatore creatum fuiſſe Marchionem Mantuanum, ex Attone natum eſſe Dioboldum, ex Dioboldo Bonifacium, qui ex Beatrice Mathildim totius Italię ditiſsimam protulit, quod diplomatibus, & veritati repugnat cum Atto nec genuerit Dioboldum, nec Bonifatius pater Mathildis ſit filius Dioboldi, ſed Thedaldi, vt in Inſtrumentis, niſi forte apud Germanos ſit idem Dioboldus, ac Thedaldus.

DE

Biblioteca Nazionale V. E. III – Napoli

Digitized by Google

Digitized by Google

DE MATERNO

GENERE MATHILDIS

Cap. II.

SCRIPTORES communi calculo affirmant Comitiſsã Mathildim filiam eſſe Bonifatij Marchionis, & Ducis, ac Beatricis, quod etiam ex diplomatibus ipſius Beatricis, & Mathildis luce meridiana clarius eſt in tabula n.° 16. & ſeq; non defuere tamen qui contrarium affirmarunt. Albertus Crantius in Saxonia lib. p. cap. 8. & 13. Georgius Fabritius originum Saxonicarum lib. 3. narrant ex *Brunone* Marchione Saxoniæ ſecundo Marito Giſalæ poſtea Imperatricis natum eſſe Lupoldum, ex Lupoldo Brunonem, & Egbertum, ex Egberto, ac eius Vxore Gerberga natum eſſe alium Egbertum, & duas filias, ſcilicet Geltrudam Henrico Craſſo Duci Saxonum Comiti de Narthen Deſponſatam, & Mathildim Bonifatio Marchioni Longobardico, quæ poſt ipſius obitum Actonem Eſtenſem iterato matrimomio recepit.

Hęc Mathildis Filia Egberti dubio procul eſſe nõ poteſt illa Mathil. Comitiſſa, Marchioniſſa, & Duciſſa Italiæ, quia

E hæc

hæc fuit filia, non autem Vxor Bonifatij Marchionis. ſecundo Mathildis Comitiſſa non eſt origine Saxona, ſed natione Longobarda. Terzio quià Comitiſſa non habet Conſaguineos Auos, & proauos a Crantio numeratos, ſed alios, vti oſtenſum ea ſuperius. An autem ſit illa Mathildis, quæ nupſit Attoni Marchioni, quorum matrimonium Gregorius Septimus diremit, viderit Crantius; Trithemius in Chronico Ducum Baueriç Mathildim vocat Filiam Ducis Medionalenſis, qua in re nobilis alias ſcriptor deceptus eſt.

De Paterno, & Materno genere Beatricis Caput Tertium.

DE Beatricis parentibus maxima eſt inter ſcriptores altercatio; Ioannes Villanus lib. 4. Chronicarum Florent: cap. 20. **Mater, ait Mathildis Comitiſſæ filia fuit vnica Imperatoris Conſtantinopolitani** in cuius aula verſabatur Italus morum, & generis nobilitate conſpicuus, hic Beatricem adamauit, & ambo in Italiã ex fuga Delapſi matrimonio ſe iunxerũt; ex his nata eſt Comitiſſa Mathildis. Chriſtophorus Landinus in Comment. Purgatorij Dantis Cantu 28. aſſerit idem quod Villanus, & ſupraddit, illum italum matritum Beatricis fuiſſe ex familia Canuſina.

Secundo ſcriptores alij affirmant, Beatricem Vxorem Bonifatij eſſe filiam Conradi ſecundi Imperatoris. Panuinus de principibus fol. 207. Conradus, inquit Dux Frãconiæ genuit Ottonẽ Ducem Frãconiæ, Otto Conradum,

radum, Conradus Hernicum, Hernicus ex Adalcide Conradum Secundum Imperatorem, Conradus verò Imperator ex Ghiſala filia Lotarij Regis Franciæ generauit Henricum Secundum Imperatorem vulgò Nigrũ, & Beatricem vxorem Bonifatij Marchionis.

Ioannes Beptiſta Pigna diuerſã orditur Geneaologiam ab illa Panuini; etenim Henricus primus ex Mathildi vxore ſuſcepit Ottonẽ primum Imperatorẽ, Otto primus genuit Ottonẽ ſecundum & Luitgardam, ex Luitgarda, & Cõrado Duce Frãconiæ cõiugibus natus eſt Otto Dux, ex Ottone, Duce Cõradus ſecundus Imperator, & Cõrado Imperatore Beatrix, quæ nupſit Bonifatio eſtenſi.

Gaſpar Sardus in hiſt. Ferrariæ lib. 2. fol. 50. Dominicus Millinus parte prima fol. 15. Bonifatius anno 1037. duxit in vxorem filiam Imperatoris Conradi, & nuptias in Marego celebrauit: Hippolitus Doniſmondius in hiſtor. Eccleſ. lib, 3. fol. 193. Siluanus Razzius in Mathildis vita fol. 6. ad annum 1038. nuptias refert.

Alij vero hiſtorici idem affirmare videntur, quia Beatricem vxorem Bonifatij vocant Sororem Henrici ſecundi Imperatoris, qui eſt filius Conradi Imperatoris ſalici. Flauius Blondus decad. 2. lib. 3. fol. 194. Ioannes Nauſlerus in Geogeaph. Vol. 2. gener. 36. fol. 766. Millin. fol. 16; & 30. Franciſcus Roſiers in Stemmate Lotharingię Iacobus Philippus in ſupplemento, Sabellicus, Luchinus cap. 1. & alij.

Tertio. Antonius Poſſeuinus lib. 1. de Gonzagis. Benifatius, ait, Beatricem Henrici Imperatopis filiam deperibat &c. de conſilio inter vtroſque tacitis conditionibus actum fuerat &c; ſed ne in magnis Imperis aſſueta filia Mantuæ & Ferrariæ anguſtijs clauderetur in Dotẽ

Mutinam Regium, Parmam, ac Lucam aſſignauit.

Quarto Bernardinus Corius in vita Henrici quarti Imperatoris Beatricem appellat Neptem Henrici tertii Imperatoris & ex Beatrice genitam eſſe Mathildim, quę in Lombardia poſſedit Ferrariam, Mutinam, Mantuam, Parmã, ac Soncinum, ſed non declarat an ſit neptis ex fratre vel ſorore ipſius Henrici Imperatoris.

Quinto Marcus Antonius Marcellus de Iuri, ſeculari Romanorũ Pontificũ cap. 14. Comitiſſã Mathildim è ſorore Federici ſecũdi Imperatoris natã affirmat, & occubuiſſe ãno 1116. ſed hic ineptè labitur, Federicus enim 2.ˢ circa octuaginta annos poſt obitum Mathildis natus eſt.

Seſto Aeneas Siluius poſtea Pius ſecundus in hiſt. Boemica Mathildim appellat Virginem filiam Bonifatij Ducis Lucani ex Boemorum ſanguine natam, ſed non exprimit, qui ſit iſte ſanguis Boemorum, an ſcilicet Mathildis ex parte Beatricis matris, vel Anteceſſorum eius, aut Bonifatij ſit origine Boema. Ex his intelligit lector quam contrariæ ſint huiuſmodi ſcriptorum opiniones, cum vnico verbo alij ſcribant Beatricem eſſe filiam Imperatoris Conſtantinopolitani, alij filiam Imperatoris Conradi Salici, alij Hernici ſecundi Imperatoris, alij Neptem Henrici tertij Imperatoris, aliis Neptem ex ſorore Federici ſecundi Imperatoris, ſed vnde auſerint, quauè authoritate moti id ſcripſerint nõ docent, quare cum ipſi longo à Mathildi ſeiungantur temporis interuallo, & quæ narrant nec vidiſſe, nec ab ijs qui viderint intellexiſſe potuerint, neceſſe eſt vt ſuam opinionẽ veritati ſubijciant; & eidem credant Beatrici, cuius nobilitati ſeruire ſtudent. Beatrix enim de ſe loquens.

Manifeſta ſum [inquit anno 1071] ego Beatrix Comitiſſa, &

ſa,& Ducatrix filia bon:mem: Federici Ducis quæ profeſſa ſum ex natione mea legeuiuere ſalica &c. pro remedio animæ meæ & Bonifatij Marchionis; atque Dūcis quondam viri mei &c. offero S.Mariæ Virgini,& Monaſterio in loco Fraſſinorum &c. vt in teſtamentō n.9 16. Idem repetit anno 1073. in duabus donationibus in quibus legitur Nos in Dei Nomine, Beatrix filia quondā Federici Ducis,& Mathilda filia eiuſdem Beatricis, & quon. bon: mem: Bonifatij Marchionis & Ducis donamus Canonicæ S.Petri Apoſtoli,quæ eſt Caput Mātuanæ ſedis vt n.18 & 19; idem cecinit Domnizo lib.p.c.x.

Heroicum carmen cupio, nunc ornet ouantem
Facta Ducis Magni Bonifatij venerandi,
Primitus hunc nouit quantum ſit Gallia fortis,
Cum natam Rutuli Ducis expetijt Federici.
Coniuge cum propria Mathildis denique dicta
Iſte Beatricem Federicus donat habere.

Huic Bonifatio &c. dicitur autem Federicus Dux Rutilus, quia Duces Lotharingi tunc temporis ſe de antiquo genere Troianorum Regum originem ducere profitebantur, vtipatet ex VVippone in vita Conradi Salici Imperatoris, cui fuit Præsbiter a ſacris folio 625, De iſto Federico Duce Lotaringæ loquitur idem VVippo in tit. de coniuratione Theutonicorum, dum Federicum enumerat inter Principes, qui Conrado in Regem, & Imperatorem eligendo adhærebant anno 1024. Author Genealogiæ B. Amulphi, quę eſt tomo 2. Rerum gallicarum fol.633. Author magni Chron. Belgici fol. 101. Io: Auentinus in Boiorum ānalibus lib,5.fol.434. Sigebertus in Chronico affirmat Federicum Ducem Lotharingiæ è vita deceſſiſſe anno 1065.

Bea-

Beatricis Mater vocatur Mathildis vxor Federici Lotharingæ, vt patet ex Domnizone in carminibus ſuprarelatis idem effirmat. Abbas VVſpergenſis in Chronico ad annum 1055. ibi Hercicus Imperator Italiam cum exercitu petens omnia in pace diſpoſuit, reuertenſque Neptam ſuam Beatricem, & matrem Mathildim ſecum duxit VVippo in vita Conradi ſecundi tit. de coniuratione tettonicorum fol. 34. loquitur his verbis = Conradus Dux Vormaſienſis patruelus Imperatoris, nec fidus Imperatori nec tamen multum noxius illi, interim quietus manebat; Federicus Dux Lotharingorum vitricus prædicti Conradi, Imperatori inimicando morte propria præuentus eſt, quod accidit anno 1034. ex Segeberto Gemblancenſi; nam Conradus iunior. Dux Iuermatiæ erat filius alterius Conradi ſenioris ex vxore Mathildi, quę poſt obitum dicti Conradi ſenioris nupſi Federico Duci Lotharingiæ, vt in Stemmate. Ideòque Federicus dictus eſt Vitricus Conradi Iunioris, hoc eſt maritus Mathildis, quæ eſt mater ipſius Conradi Iunioris; his tribus Authoribus qui ſunt æquales Beatrici, & Federico, eiuſque vxori Mathildi non video quid poſſit opponi; Scio à Millino fol. 17. pungi Abbatem Vuſpergenſem, quod aſſerat Mathildim eſſe matrem Beatricis ex quo vt ipſe loquitur Mathildis eſt filia; non autem mater, ſed nullam afferet ad reprobandum Abbatem rationem, & vere Mathildis ſenior eſt mater Beatricis, Mathildis vero Iunior Comitiſſa eſt filia, recte igitur loquitur Millinus dum Comitiſſam Mathildim vocat filiam Beatricis, ſed labitur dum negat alteram Mathildim eſſe matrem Beatricis.

Mathildis autē mater pręfatæ Beatricis genita eſt ex Cher

birga

birga filia Conradi Regis Burgundiæ, quod clarum fiet ex ſequentibus: Conradus Rex Burgundię duxit vxorē nomine Mathildim filiam Ludouici Regis Francorum, & Sororem Lotharij pariter Regis Franciæ ex qua ſuſcepit Rodulſum Regem, & ſucceſſorem in Regno, Bertã & Cherbirgam, quam alij Ceptam vocant.

De Rodulpho nemo dubitat, & omnes eum agnoſcunt filium Conradi.

Bertam eſſe filiam Conradi, ſororem Rodulphi tradit Pontus Heuterus Rerum Burbundicarum in principio. Frãciſcus Villimanus de Rebus Heluetiorum in Conrado lib. 2. Ioannes Auentinus lib. 5. annal. Boiorum. VVippo in vita Conradi Salici fol. 437. qui videtur etiã aſſerere ex eo matrimonio natum eſſe alium Oddonem, dum loquitur. Interea dum hæc agerentur præfatus Erneſtus Ducatus dignitate priuatus multa cogitans &c. perrexit in Franciam latinam ad Oddonem Comitē propinquum ſuum, nam mater Oddonis & mater Giſalæ Imperatricis fuerunt ſorores, & Claricus anno 1032. fol 438. vbi Odo francigena vocatur filius ex ſorore Ghiſalæ Imperatricis, qui fuit interemptus anno 1038.

Quod Cherbirga fuerit filia Cõradi Salicis, teſtatur VVippo in tit de diſpoſitione Curiali, & de Regina, vbi ſuperbos, ait, omnes dilecta Regis Coniux Ghiſala prudentia, & conſilio iuuit cui pater erat Henricus Dux Alemaniæ, mater eius Cherbirga filia Conradis Regis de Burgundia fuit, cuius parentes de Caroli Magni ſtirpe proceſſerant, vnde quidam de noſtris in libello, quem tetralogum nominauit inter alios duos verſus edit hoc modo.

Quan-

Quando poſt decimam numeratur linea quarta de Carolo Magno procedit Giſala Prudens, & Ioannes Nauclerus in Chronografia vol. 2. gener. 34.

Hæc Giſala tres habuit viros teſte Ioanne Piſtorio in Epiſtola ad hiſtoriā VVipponis, Primus vir fuit Bruno Marchio Saxoniç ex Henrici Aucupis germaneitate, & Crātius in Saxonia lib. 4. cap. 36. vocat ſecundū maritum.

Secundus vir fuit Erneſtus filius Leopoldi Ducis Sueuiæ. Cranſius vocat Lupoldum Ducem Sueuiç vbi ſupra, ex hoc Erneſto natus eſt alius nomine Erneſtus Dux Alamaniæ, ſeu Sueuiæ occiſus anno 1031, & Hermanus pariter Dux Alemaniæ creatus à Conrado Imperatore, ex quo Erneſtum fratrem ob rebellionem eo Ducatu priuauerat & obijt 1038. ex VVippone.

Tertius maritus Giſalæ fuit Conradus Salicus Imperator ex quibus natus eſt Henricus ſecundus Imperator, & Mathildis, quæ nupſit Henrico Regi francorum & obijt VVormatiæ anno 1034. ex VVippone.

Ex præfata Cherbirga, & Herimando credebam ortam eſſe Mathildim matrem Beatricis, quæ eſt mater Comitiſſæ Mathildis; quia Henricus Tertius Imperator filius Henrici ſecundi Imperatoris Beatricem matrem Comitiſſæ Mathildis appellat [Amitam ſuā], vt in litteris Imperatoris n. 38. ibi hoc autem quod mando neminē ſcire volo præter vos, Dominam, matremque meam, atque amitam Beatricem, & filiam eius Mathildim, nam huiuſmodi dominatio (Amita) germana eſt, ſi Mathildis mater Beatricis ſit filia Cherbirgæ, quæ eſt ſoror Giſalç Imperatricis &c.

Giſala

Giſala — Cherbirga

Conradus Imperator — Giſala

Mathildis — Conradus Imperator

Federicus Dux

Henricus ſecundus Imp.

Beatrix Amita Hernici Tertij

Henricus tertius Imperat.

Mathildis Comitiſsa

Quia ſi Henricus Secundus Imperator filius Conradi, & Beatrix deſcendunt ex duabus ſororibus, & Henricus Tertius eſt filius Henrici, ſecundi, Beatrix vere eſt Amita Henrici Tertij, hoc eſt ſoror ſui Patris, Ideoque VVipponem in titulo de electione Regis, & in titulo quod Dux Erneſtus auxilium petit, & Goteſridum in Cronico par. 17. tit. de ſecundo Conrado aſſerentes Mathildim eſſe matrem Beatricis ortam ex filia Conradi Regis Burgundiæ interpretabar loqui de Cherbirga. Quod ſi quis voluerit natam ex Berta altera filia Con-

di Regis nō oppon͂a, quia nihil intereſt ad rē noſtrā an ex vna, vel altera filia nata ſit Mathildis mater Beatricis, quæ Mathildim Comitiſſam genuit, cum certò certiùs ſit tam Bertam, quam Cherbirgam eſſe filias Conradi Regis Burgundiæ.

Cæteros Genealogię gradus non excutio, ſed exibeo prout ex VVippone Auſtore Geneal. B. Arnulphi annalibus Treuerenſibus, & alijs colligebam ad quos remitto lectorem.

De Conſaguineis Beatricis, & eius filię Mathildis. Caput Quartum.

Dŏmnizo in vita Mathildis lib. primo cap. 9. Cecinit.

Stirpe fuit genita regali clara Beatrix.
Maiorum Mundi ſtirpe fuit genita &c.
Præbuit Italia Bonifatium generoſum;
Atq; Beatricem Gallia fert Italis, & cap. 18.
Cæſar Henricus Comitiſſæ tempore viuus
Extiterat ſcimus quod hæres fuit atque propinquus
Ipſæ Beatricis magnæ, natæq; Mathildis
Mortuus Auguſtus fuit hinc in pace ſepultus, & de Hērico Tertio lib. 2. cap. primo.
Non aliter ſe Rex noſcens regnare valere
Ad Conſobrinam Mathildim miſit, vt ipſa.
Cōſiliū caperet, quo Papa venirer ab Vrbe Lōgobardiā

Otto Friſigenſis in Chron. lib. 6. cap. 32. Henricus inquit ſecundus Italiam ingreſſus Beatricem Mathildis matrem conſanquineam ſuam marito ſuo Bonifatio Marchione Defuncto ſecum reduxit.

Henri-

Henricus Tertius Beatricem appellat matrem,& Amitam ſuam, ex lictteris Gregorij Septimi Die xi. Septembris indictione 13. anno 1075. vt dictum eſt ſuperius & num. 38.

Henricus quartus Mathildim defunctam in quodam lacero diplomate die 21. Decembris 1116. vocat neptẽ num. 40. Abbas vero Vrſpergenſis anno 1115. Beatricem vocat neptem Henrici Imperatoris.

Conſaguinitas facilius intelligetur ſi ad Arborem Genealogicam recurratur; Conradus Salicus ſecundus Imperator in Vxorem duxit Giſalam de ſtirpe Caroli Magni, ex Conrado, ex Giſala ortus eſt Henricus ſecundus, ex hoc Henricus Tertius Imperator pater Henrici quarti Imperatoris.

Federicus Dux Lotharingiæ de genere Ottonis primi ex linea Materna ac de ſanguine Troianorũ duxit in vxorẽ Mathildim Viduam ex quibus nata eſt Beatrix, ex hac Beatrice, & Bonifatio Marchione Italico, & Thuſciæ Comitiſſa Mathildis; Giſala Vxor Conradi, & Mathildis Vxor Federici Ducis ſunt ſorores natæ ex Coniugibus Herimanno, & Cherbirga filia Conradi Regis Burgundiæ, & ſorore Rodulphi pariter defuncto Patre Regis Burgundiæ de ſtirpe Caroli Magni VVippone teſte, qui in vita Conradi Salicis tit. Quod Rex Conradus Epiſcopum conſtituit ita loquitur iſte **Rodulphus Rex Burgundiæ** ſecundum Hernicum Imperatorẽ filium ſororis ſuæ in Regnum inuitat &c. & paulo poſt, quos poſtea **Giſala Regina filia ſororis ipſius Regis Rodulphi pacificauit**, & dictum eſt ſupra.

Ex his conſtat Comitiſſam Mathildim genus, & originem ducere ex maioribus totius Orbis Principibus, de ſtirpe ſcilicet Caroli Magni, Ottonis primi Regibus Burgundiæ, & Ducibus Lotharingiæ vt cecinit Domnizo loco relato, Sanctiſſimus Dominus noſter Vrbanus Octauus feliciter regnans in Oda in laudem Mathildis Antiſtropha prima.

A te Mathilda hinno feſtoſo applaude,
Del ſeſſo feminil fulgida luce
Proda guerriera, e Duce
De magnanimi heroi germe gradito
Che gia porta de Toſchi in vago ſito
Reſsero ampie Cittadi
Poſcia conuenne lor volgere il Piede
Dalla paterna ſede
E paſſaro di Regio alle Contrade
E di dominio e nuouo acquiſto intenti
Locaro di Canoſſa i fondamenti.

Conſtat etiam Mathildim eſſe conſaguineam, & Conſobrinam Henrici Imperatoris, quia Henricus & Mathildis deſcendunt ex duabus ſororibus. Omnes autem deſcendentes ex fratribus, vel ſororibus generali appellatione vocantur conſobrini vt docent Iuris Conſulti.

Quomodo autem Henricus quartus Mathildim iam defunctam appellet neptem ſuam incertum eſt vt etiam aduertit Dominicus Millinus in ipſius vita fol. 11. ſed credebã dici poſſe neptem in eo diplomate deſumi vulgariter, & generaliter; ſcilicet vt Imperator eam appellet neptem, hoc eſt aliquo modo conſanguineam, vel propinquam, vel ad denotandam æſtimationem, vel exprimendum amorem, quo eam proſequebatur.

Quod

Quod ſi non placet hæc interpretatio fateor me nõ aſſequi mentem Imperatoris, certum eſt enim Mathildim eſſe vno gradu ſuperiorem Hernico quarto Imperatori, vt in Geanologia, & propriè loquendo Mathildim non poſſe neptem appellari, quia inferiores gradu, & deſcendentes, non autem ſuperiores gradu, & aſcendentes vocantur neptes ex vſu communi, & apud Iuris peritos.

Eadam difficultas inſurgit in Beatrice quam Vrſpergenſis vocat neptem Henrici ſecundi, cum tamen Beatrix ſit vno gradu ſuperior ipſi Henrico, ſed eadem, quæ ſupra reſponſio militat.

Inſuper Leo Nonus Sũmus Põtifex Bonifacium Marchiónem vocat Sancti Petri fidelem, Beatricem vero vxorem Bonifatij neptem ſuam vt in priuilegio quò Sancti Silueſtri Monaſterio apud Nonantulam cõſtructo confirmat diploma Andriani quarti n. 32 ſi credimus Eliæ Reuſnero in opere Genealogico ſtirps Pharamundana fol. 22. Rodulfus Rex Burgundię genuit Conradum, & Agnetem, hæc nupſit Bertoldo Comiti Briſgoiæ qui tertio, vel quarto conſanguinitatis gradu erat vinctus Leoni Nono, nec deducto computo Beatrix eſt verè neptis; VVibertus Archidiaconus in vita eiuſdem Leonis Hugonem patrem Leonis Noni Summi Pontificis vocat Conſobrinum Conradi Salici Imperatoris. Aubertus Miræus in Chronico idem affirmat vt videre eſt in ſequenti Genealogia, ſed Beatrix verè dicenda eſſet conſobrina non autem Neptis. Res tamen antiqua & obſcura eſt, nec à me lumen poſt accipere.

N. Co-

Digitized by Google

N. Comes

Adalbertus
Comes in Alſatia

Aleidis
Henricus Dux
Franconię.

Cherbirga

Hugo Comes
Heluida Vxor.

Conradus = Giſala Mathildis
ſecundus Imp.
obijt 1039.

Bruno Leo IX.
anno 1049.

Henricus 2.
obijt 1056.

Beatrix
Bonifatius.

Coſmas Pragenſis in Chronico lib. 2. Iaromirum mutato nomine Gebeardum Epiſcopum Pragenſem,& deinde Olomucenſem vocat affinem Mathildis Comitiſſæ. His inquit diebus 1074. venit Romam Mathildis cuius de Genealogia Materno ſanguine Præſul *Iacomer* deſcendens duxit affinitatem, quod ipſo de ſe referente vt cognouit predicta Domina quod ſuus eſſet Conſanguineus cæpit valdè honorare, & domno apoſtolico commendare ſcilicet Gregorio Septimo cuius ſtemma ſubicit ex eodem.

Otto

Otto Tertius = N. Super inducta.
Imp.

Prædislaus = Iuditha quæ & Iutha dicitur, & ſecundo
Dux Bohemię. nupſit Meſiconi Duci Poloniæ & tertia Vice Petro Regi Hungariæ.

Iarominus Ediſcopus	Spitingeus Dux Bohemiæ p.5	VVradislaus Dux Bohemiæ 2.5	Otto Dux moraui ę Tert.5	Cōradus Dux Bohemię 3 6

Ioannes de Deis in libro de ſucceſſoribus S. Barnabæ aſſerit Chriſolaum Comitiſſæ Mathildis aſſinem à Paſcale ſecundo creatum fuiſſe Archiepiſcopum Medionalenſem, & Romę defunctum in Eccleſia Sancti Sebaſtiani fuiſſe ſepultum, quem Ioannes Trithemius de ſcriptoribus Eccleſiaſticis vocat Chriſoſtemum.

De Matris Beatricis Cap. V.

Bonifatius Marchio, & Dux poſt obitum Richildæ duxit vxorem Beatricem filiam Federici Ducis Lotaringiæ; ſuſcepit ex ea tres filios Beatricem Federicum, & Mathildim, Beatrix ante patrem deceſsit, & Paulo poſt patrē Federicus, vt ſuperius dictū eſt. Poſt obitum Bonifatij Beatrix āno 1053. ex Segeberto, alii 1054. cōtraxit ſecūdas nuptias cū Gotifredo Barbato filio Gothelonis

Ducis

Ducis Lotharingiæ, vt ipſemet Gotifredus, & Beatrix affirmāt in Priuilegio conceſſo Epiſcopis Piſanis ibi = Gotifredus Dux, & Marchio, atque eius vxor Beatrix omnibus Chriſti Fidelibus, & ipſe Gottifredus fatetur in diplomate quo monachos Gorzienſes collocat in Eccleſia Sancti Dagoberti Martyris in Lotharingia anno 1069. ſupplicatione Beatricis coniugis ſuæ, quod refert Aubertus Mireus in donationibus Belgicis libro primo cap. 22. 23. & 32. & ipſa Beatrix in eius teſtamento quod condidit anno 1071. & in donatione facta Monaſterio Sancti Zenonis anno 1073; de quibus numero 15 16; & 17. & in alijs priuilegijs anni 1068; quæ refert Franciſcus Maria Fiorentinus de Mathildi; idem affirmat Hermanus contractus in Chronico ad annum 1054. Bertoldus presbit. Sanctus Damianus lib. 7. Epiſtol. n.° 13; & 14; quas ſcribit ad Gotifredum, eiuſque vxorem Beatricem, & incertus [Forſan Roſo Camerarius Cardinalis ſub Alezandro Tertio Summo Pontifice] in vita Victoris ſecundi manuſcr. ob coniungium cum Beatrice multas Gotifredus paſſus eſt ærumnas ſæuiente in eum Henrico Tertio Imperatore, vt teſtarur Bertoldus in Chronico dum ait anno 1055. Imperator Italiam viſitat, & Beatricem inde captiuam adducit quippe multum moleſte ferens Duci Gotifredo eſſe copulatam, & cum alias hic Gotifredus arma ſumpiſſet contra Imperatorem Henricum, qui Ducatum Lothar. Moſſellanæ ſibi vendicabat opera Leonis Non. Summi Pontificis arma depoſuit, & in gratiam redijt. Menſe Iunij 1059. in Comitatu Aretino infra Plebem Sancti Stephani in loco Piſcinale iuſta fluuium Claſſe in Palatio reſidebat Gotifredus Dux & Mar-

chio,

chio, Arnaldus Epiſcopus, & Comes ad cauſas audiendas præſentibus Tigrimo, Bernardo & Rainerio cum cæteris Tuſciæ proceribus, vt in ſententia in qua Monaſterio S. Floræ Terras illi ablatas reſtitui ræcepit.
Deceſſit Gotifredus nullis ex Beatrice ſuſceptis liberis anno 1069. vt Bertoldus affirmat eodem anno Franciſcus Roſiers in ſtemmate Lotharingiæ tom. 4. hiſt. cap. 64. ſed Lambertus refert obitum ad annum 1070; & Dux, inquit, Lotharingorum omnibus pene terris magnitudine ſuarum rerum geſtarum compertus, & cognitus obijt cui filius eius Gotfredus ſuceſſit, preſtantis quidem animi adoloſcens, ſed gibboſus, Beatrix vero mortalitatem exuit in Ciuitate Piſana die 18. Aprilis anno 1076. vt cecinit Domnizo lib. p. cap. 20.

Plena bonis factis dictiſque referta Beatrix
Cunctis cara nimis, magnis, paruis quoque Piſis
Aegra manens vita de preſenti bene migrat
Otto decemque dies Aprilis, dum finit ire
Chriſti poſt ortum vera de Virgine corpus
Anno milleno bis terno ſeptuageno
Conditur Piſis, lucem videas Paradiſi

Etpiſis ſepulta eſt cum hac inſcriptione

Quamuis peccatrix ſim Domna vocata Beatrix
In tumulo miſſa iaceo quæ Comitiſſa,
Et in facie tamen Eccleſię legitur.

Anno Domini 1116. nono Calendas Auguſti obijt Domina Mathilda fel. mem. Comitiſſa, quæ pro anima Genetricis ſuę Dominæ Beatricis Comitiſſæ Venerabilis in hac tumba honorabili quieſcentis in multis partibus hanc dotauit Eccleſiam quarũ animæ requieſcant in pace.

vero re ipſa contraxit Mathildis cum Gotifredo ad annum 1061. vt tradit Roſierius in ſtemmate Lotharingiæ vel anno 1069. vt ſibi probabilius videri aſſerit Fiorentinus in Hiſtoria Mathildis.

Quis fuerit hic Gotifredus accipite ex ipſius diplomate qui bona omnia donata Eccleſiæ B. Mariæ Virdunenſis anno 1072. confirmat. Ego Gotifredus ſeu Gezelo dictus ſtruma, & Gibboſus Dñi Gotifredi Barbati filius per Dei gratiam Dux Lotharingiæ ſuperioris Moſellaniæ & Marchio Brabātiæ, Hasbaniæ, Arduēnæ, Buillon, March. Anconæ Piſæ, & Comes Virdunenſis, quod repetit etiā in alijs priuilegijs penes Roſieriū, tēpore Nuptiarū Gotifredus erat grandis natu cum anno 1045. fuiſſet datus obſes Imperatori, vt eius Pater in gratiam reciperetur ex Segeberto, poſt contractum matrimonium Mathildis quandam viduitatis ſpeciem prætendebat longiſſimis à viro ſecluſa ſpatijs, cum nec ipſa maritum in Lotharingiam extra natale ſolum ſequi vellet, nec Gotifredus negotijs Ducatus quem adminiſtrabat implicitus vix poſt tertium, aut quartum annum Marchiam Italiam inuiſeret, vt aſſerit Lambertus anno 1077. Piſis tamen fuit Gotifredus anno 1074. vt in diplomate penes Fiorentinum quod de hoc Gotifredo loqui arbitratur cum Mathildi Anconam profectus eſt anno 1075. Teſte Cipriano Manente in hiſtoria Vrbeuetana, Romam Mathildis, & Gotifredus ab Alexandro ſecundo in Auxilium euocati venerunt & è campania Normannos expulerunt anno 1066. ex Authore vitæ Alexandri ſecundi adhuc in Blibli: Vaticana adfuit in Concilio apud Sutrium ſub Nicolao ſecundo Summo Pontifice ex Blondo Decad. 2. lib. 3. fol. 194. An autem Ducatum

minum, cum tamen Gotifredus ille Normannus in Apulia, de quo loquitur Blondus decad. 2. lib. 3. ſit alter Gotifredus diuerſus ab hoc Gotifredo Lotharigio, Marius Aquicola in hiſt. Mantuæ Gotifredum vocat Alamannum, ſed Gallici ſcriptores non aſſentiuntur.

De VVelphone Secundo Marito.

MATHILDIS duodecim circiter annos in Viduitate tranſegit vindex contra Imperium Italiæ libertatis, tandem hortatu Summi Pontificis, & Principum ſecundas nuptias celebrauit cum Vuelphone alterius VVelphonis Ducis Bauariæ filio, quem ſibi elegit in virum anno 1089; eorum nuptias deſcribit Coſmas Pragenſis in Chron. Boem: his verbis = ſed quoniam incidit nobis mentio de Mathilda, vnum, quod fecit fæmina viriliter breuiter referam, ne lectori faſtidium inferam. Igitur cum prædicta puella ſemper exiſteret victrix inter multa Bella, patris ſui poſt mortem vitam ducens celibem nimis amplum Longorbardiæ regeret Regnum viſum eſt principibus terræ, & Comitibus, atque Epiſcopis, vt eam perſuaderent, quo ſibi acciperet virum nè ſine hærede regalis celſitudo ſimùl cum prole deficeret, quæ acquieſcens eorum conſilijs miſit ad Ducem Sueuiæ nomine VVelphum litteras pauca continentes verba. Non Ego fæmina leuitate, aut temeritate, ſed totius Regni mei pro commoditate dirigo tibi has litteras, quas cum acce-

acceperis me accipe, & totius Reguū Lōgobārdiæ dabo tibi tot Ciuitates, tot Caſtella tot Palatia inclita, auri & Argentū nimis infinitū ſuper ōnia hæc habebis nomē præclarum, ſi te facies mihi charū, nec tamen me notet audacis Elogio, quod nunc aggredior te prius eloquio, licet enim tam virili, quam feminæo ſexui legitimum appetere coniugium, nec differt vtrum vir an fęmina primam amoris lineam tangat tantummodò indiſſolubile contigat coniungium, quod aliter non fuit niſi vtronenque per conſenſum Vale. Quid autem ad hæc Dux VVelpho reſponderit, aut qua ratione ei conſenſerit, aut quot millia armata Domina Mathildis ad ſuſcipiendum Ducem in fines Lombardiæ pręmiſerit, aut, quam honorifice ipſa eum ſuſceperit vel quāto apparatu conuiuium fecerit, ſi quis ſcire vellet prius lux diurna deficeret quam hæc omnia perlegeret; Cedat Rex aſſuerus cum ſuis apparatibus qui ſuis militibus fecit magnificum per centum viginti dies conuiuium, Ceſſet Regina Sabæ admirari menſam, & cibos Regios Salomonis, nam quod illi totum, centeſima pars maior fuit toto, quid multa, nox aderat, cubiculum intrant ſuper alta ſtrati gemini ſe locant, Duc Vuelphus ſine venere cum Mathildi Virgine &c. hic narrat conqueſtionem Ducis, qui ſuam frigiditatem ad maleficia referebat, & Mathildis reſponſionem & ſubdit tandem indignata, ſurgit fæmina nuda & apprehendit manu ſiniſtra ſinciput ſemiuiri atque in deſteram palma dat ſibi magnam alaphā & exetraxit eum foras &c. Taliter cōfuſus Dux VVelpho fugit, & reportat omnibus ſuis confuſionem in æternū. Concordat Bertoldus in Chron. dum ait Vuelpho filius Vuelphonis Ducis Bauariæ à coniugio Mathildis ſe pæ-

nitus

nitus ſequeſtrauit, aſſerens immunem illã à ſe permanſiſſe; Vnde Pater eius Longobardiam irato animo peruenit, & fruſtra diu pro recõciliatione laborauit, ipſum etiam Henricum ſibi in adiutorium adſciuit contra Mathildim, vt ipſa filio eius bona ſua dare compelleret, quamuis non dum illum in maritali opere cognoſceret, ſed fruſtra, De hoc coniugio loquuntur alij ſupra nominati ſcriptores, & planè conſtat ex priuilegio quo Vuelpho & Mathildis inſimul tributa remittunt Ciuibus Mãtúanis anno 1090. de quo num. 22.

Vuelpho Senior Dux Bauariæ, Patrem habuit Azzonem quem Bertoldus in Appendice ad Hermannum Contractum vocat Marchionem de Lombardia, & Cẽtenario maiorem, vt aiunt obijt 1097; Concordat Lambertus ad annum 1071, recentiores ſcriptores affirmant eum fuiſſe Marchionem Ferrariæ Auentinus libro V. Chronici Ecium, ſeu Azzonem nominat Eſtenſem Tetrarcam, lib. autem ſexto Cunigunda, inquit; in matrimonium data fuit Ectio [alijs eſt Azzo] extenſi Præfecto quem nũc Ducem Ferrarię eſſe quidam tradunt; Ioannes tamen Trithemius deſertis antiquis ſcriptoribus in Chronico Ducum Bauariæ exiſtimat VVelphonem ſeniorem non eſſe filium Itali, non ſum [Inquit] neſcius quoſdam inter ſcriptores hunc Ducem VVelphẽ natione ſueuum non nullos verò Italum cuiuſdam filiũ Marchionis fuiſſe auſos conſcribere: conſtat autem filium eum fuiſſe Conradi Comitis Bauariç filij Arnulphi Bauari Ducis, & Imperatoris Romanorum, nec refert vbi natus ſit.

An autem Azzo Marchio in Italia fuerit natione Itàlus an Sueuus viderit, qui poterit: Vrſpergenſis in Chronico

nico quod ſcribebat circa annum 1 1 5 0. aſſerit Azzonem fuiſſe Marchionem ditiſſimum in Italia ſed VVelphonem eius filium vocat Illuſtrem & bellicoſum natu Sueuum folio 220 Thrithemius Sueuum eſſe contēdit, Albertus Aquēſis in hiſtoria Hieroſolomytana lib.3.cap. 3. affirmat ortum eſſe de Regno Burgundiæ. Marius Aequicola tradit eum eſſe natione Germanum Ducem Sueuiæ, Itali ſcriptores inter Italos locant.

Azzo duas habuit Vxores, vt aſſerit Bertoldus anno 1097. & hinc forte deducitur diuerſa ab eo deſcendentium Genealogia, Altera dicta eſt Chuzina ſeù Conigunda, ex qua nati ſunt Henricus, & VVelpho, qui creatus fuit Dux Bauariæ anno 1071. & ab hoc VVelphone genitus eſt VVelpho Maritus Mathildis, alterius Vxoris nomen vſque adhuc non inueni, ex ea tamen Azzo ſuſcepiſſe videtur filios qui cum Henrico, & Vuelphone tum de matris quam de ipſius Azzonis hæreditate certarunt vt affirmat Bertoldus anno 1097.

VVelpho à Mathildi ſe pænitus ſequeſtrauit anno 1 0 9 5. ex eodem Bertoldo cui. cęteri aſſentiuntur. Vnde re cognita Vuelpho pater Vuelphonis, e Bauaria in Italiam intrat hæreditati Mathildis inhiat &c. ſed Mathildis ſibi conſtans tam Imperatorem, quam Vuelphos Italia abire coegit; ſeparationis ſeu diuorii cauſam. Coſmus Pragenſis tunc temporis Author, & Villanus lib.4.cap.20. Vuelphonis frigiditati attribuunt, alij cenſent Vuelphonem maritum receſiſſe à Mathildi, vt in gratiam Henrici Imperatoris contra quem arma geſſerat reciperetur: prior placeat ſententia ex qua diuortium fieri potuit, itaùt eſſet vtrique liberum alteri nubere, eoq; magis, quia VVelpho pater poſtquam præcibus, & blanditijs

non

non valuit expungnare voluntatem Mathildis ſe totum dedit Imperatori, vt Mathildis coacta mimis, & armis ſua bona in Vuelphonem filium donatione trasfunderet; ſuperſtes Mathildi fuit Vuelpho olim maritus duobus vel tribus annis, & ceſſit naturæ in Vico licatiorum in Caupheringio anno 1119. ex Boiorum Chronico, & Vſpergenſe Abbate, à quo Genalogiam excipite.

Ethico

Henricus

Rodulphus

Comes Vuelpho p.^s ſub Conrado Salico Imp.

N. p.^a Vxor = Cunza — Vuelpho ſecundus

Azzo ob. 1097.

Vuelpho 4.^s Dux Bauariæ 1047. & 1071 ob. 1111. — Vuelpho 3^s Dux Carinthiorũ Marchio Veronæ ſine filijs.

Henricus Dux Bauariæ Niger. — Vuelpho V. Dux Bauariç ob. 1119. = Mathildis Comitiſsa ob. 1116.

Vuelpho 6. — Henricus ſuperbux Dux Bauariæ, & Saxoniæ ob. 1139. —

Henricus Leo.

Digitized by Google

An Comitiſſa Mathildis nupſerit Azzoni Marchioni.

Quæſtio eſt inter Scriptores an Comitiſſa Mathildis poſt Gotifredum nupſerit Azzoni, & eam nupſiſſe Azzoni Flauius Blondus affirmat decad. 3 lib. 3. folio 203. Sabellicus æneid. 9 lib. 3. fol. 676. Gaſpar Sardus lib. 3. hiſt. ferr; qui tradit eam nupſiſſe Azzoni tertio alias Alberto. Io: Baptiſta Pigna de principibus Atteſtinis lib. 2 anno 1080. Carolus Sigonius de regno Italiæ ad annum 1080. Marcus Aequicola in Comment. lib. 5. fol. 32. Baptiſta fulgoſius lib. p. factorum memor: Albertus Crantius in Saxonia lib. 5. cap. 8. & 13. Siluanus Ratius in vita Mathildis fol. 47. Dominicus Millinus de Mathildi parte prima folio 47. & 52. Leander Albertus in deſcriptione Romand. fol. 340. Antonius Poſſeuinus iunior in hiſtoria Gonzagarum, qui etiam communi ſententia aſſerunt. Marchionem Azzonem fuiſſe Marchionem Eſtenſem, ſcriptores ijdem affirmant matrimoniũ fuiſſe diſſolutum à Gregorio VII ob conſaguinitatem in Concilio Romano probatam.

Conſaguinitatem autem inter Mathildem, & Azzonem deducit Gaſpar Sardus in Hiſtoria Ferrariæ ſed non declarat, quo anno Azzo tertius Matrimonium inijerit cum Mathilde, vt in hac Genealogia.

Hugo = Soror. Thedaldus

Obizo Azzo Secundus Bonifatius

Bertoldus Albertus ſeu Azzo = Mathildis
Tertius Maritus Mathildis. Vxor Azzonis Tertij.

Hanc Thedaldi ſororem nõ agnoſcit Hieroymus Falettus in Genealogia Marchionum Eſtenſium, ſed agnoſcit Mariam filiam Thedaldi vti vxorem Hugonis Tertij Marchionis Eſtenſis.

Ioannes Baptiſta Pigna aliam Genealogiam exibet lib. 2. anno 1080. & affirmat contractum fuiſſe matrimonium inter Mathildem, & Azzonem quintum Eſtenſem eo gradu coniunctos quo ſcripſit Gregorius Tertius.

Sige-

Sigefredus, ſeu Sigebertus

Azzo Secundus.

Otto P.s Albertus ſeu Sigefredus. Thedaldus.

Alda = Hugo Tertius. Bonifatius.

Aldourandinus. Mathildis.

Azzo quintus

Maritus Mathildis 1080 —

Et anno 1088, na-rat Eandẽ Mathildim nupſiſſe Vuelphoni ſeptimo Extenſi, qui erat quinto gradu coniunctus. Antonius Poſſeuinus Iunior refert cognationem inter Mathildem & Azzonem prouenire ex Iulia Extẽſi vt lib. p. hiſt. Gonzag.

Azzo

Digitized by Google

Azzo Princeps Ferrariæ

Thedaldus = Iulia vnica Filia Hæres; Vxor Secunda Thedaldi.

Bonifatius.

Mathildis.

Ipſa, ait, Mathildis, Auiam Eſtenſem Iulia habuerat quæ [vt referunt] Azziũ ſpectabat, tertio Mathildem & addit hic author Azzium electum fuiſſe in coniungem, vt Ferrariã, quam ex Matrimonio Iuliæ habuerat rediret ad Azzios veteres dominos; poſt paucos vero menſtes ob conſaguinitatis vinculum matrimonio renuntiaſſe ex ſententia Pontificis.

Platina in vita Gregorij VII. tradit Azzonem fuiſſe tertio gradu coniunctum Gotifredo primo Mathildis marito, & ipſi Mathildi Iacobus Philippus Bergomenſis Azzonem vocat conſaguineum Gotifredi, & alij aliter loquũtur, quos enumerat Dominicus Millinus de geſtis Mathildis parte prima;

In contrariam ſententiam abijt Cardinalis Baronius in Annal. anno 1074. qui docet nullo pacto Mathildim Camitiſſam Filiam Bonifatij contraxiſſe matrimonium

cum

Digitized by Google

cum Azzone, ſed aliam fuiſſe Mathildim cuius matrimonium Gregorius Septimus inceſtuoſum declarauit Burſattus conſ. 330. Gaſpar Sardus ſibi non conſtans in Epiſtola manuſcr. quam non vidi Franciſcus Maria Fiorentinus in memorijs Mathildis lib. primo,

Prima opinio nititur authoritate ſcriptorum qui licet a Mathildi trecentorum, & quadrigentorum annorum ſpatio ſeiungantur, nihilominus nemine antiquorum laudato hoc factum ex arbitrio memorie tradiderunt. Secunda opinio fulcitur litteris Gregorij Septimi Summi Pontificis, qui matrimonium inter Azzonem, & Mathildim cōtractum probata conſaguinitate diſsoluit, ideoque dicebam Mathildim Vxorē Azzonis non fuiſſe filiam Bonifatii, & Beatricis, ſed aliam, quam Gregorius Epiſtola 37. non vocat Comitiſſam, eique præcipit vt ſe ab Azzonis conſortio ſeiungat.

Quòd vt faciliùs domonſtrem reuocabam in memoriam, quod duo Gotifredi Duces Lotharingiæ, Pater, & Filius contraxere matrimonium cum matre, eiuſque filia; Gotifredus ſenior Barbatus cum Beatrice matre, Gotifredus Iunius gibboſus cum Mathilde, Gotifredus ſenior nullis ſuſceptis liberis ex Beatrice deceſsit anno 1079. vel initio 1080. vt ad notatum eſt.

Gotifredus Iunior Maritus Mathildis degebat in humanis anno 1074; & Piſis vti dicebat vna cum Beatrice die 17 Februarij, vt ex inſtrumento, quod integrum refert Frāciſcus Maria Fiorentinus in memorijs Mathildis nº. 16. die 7. Aprilis eodem anno, vt ſcribit Greg. VII. Gotifredo Duci, quem vt immemorem promiſsi redarguit lib. p. Epiſt. 72. de eodē Gotifredo vti ſibi parum fideli loquitur in litteris datis tertio Idus Septembris ind. 14. anno ſcilicet 1075. lib. 3.. Epiſt. ſupra. Hic

Digitized by Google

Hic autem Gotifredus Dux qui contra voluntatem Beatricis,& Mathildis contra Gregorium peierauerat interemptus fuit Antuerpiæ die 26. Febraurii 1076. ſic enim loquitur Lambertus de rebus Germanorum anno 1076. Gozelo Dux Lotharingorum cum eſſet in confinio Lotharinghię, & Flandriæ in Ciuitate quæ dicitur Antuerpiæ occiſus eſt per inſidias[vt putabatur]Roberti Flandrenſis Comitis, cum enim quadam nocte ad neceſſitatem naturæ ſeceſſiſſet appoſitus extra domum ſpiculitor confodit eum per ſecreta Natium, relictoque in vulnere ferro, concitus, aufugit, vixit deinde ſeptem diebus accepto vulnere ſuperſtes, quarto Calendas Martij vita deceſsit, atque Virdunis iuxta patrem ſepultus eſt. Bertoldus Conſtantienſis in Chron. 1076 Gotifredus Dux filius Gotifredi Ducis particeps imo author ſupradictæ conſpirationis turpiter, à quodam Coquo per poſteriora cum ad neceſſarium ſederet vulneratus ante medium noctis expirauit, Segebertus in Chronico anno 1076. Gotifredus Dux perimitur a Richaſio in friſonia & colligitur ex litteris Gregorij Septimi ad Etimannũ metenſem Epiſcopum Octauo Calendas Septẽbris Indict. xiv. hoc eſt die 25. Auguſti 1076. in quibus reſpondet ſe neſcire, quo ſtatu permenſura ſit Mathildis Comitiſſa, ſeque orare pro Gotifredo quondam Mathildis viro licet Apoſtolicæ Sedis inimico.

Secundo præmittebam Mathildim fuiſſe accuſatam de incæſtis nuptijs cum Azzone ante annum 1074, vel initio anni, vt probatur ex litteris Gregorij Septimi ad Gulielmum Papienſem die 17. Martj Indict. XIII. anno 1074. quibus illi ſignificat Mathildim eius ſororem fuiſſe accuſatam de inceſtis nuptiis cum Azzone Marchione, &

ne, & eidem edicit, vt cum eodem Marchione proficiſcatur ad Vrbem, & ex alijs litteris ad eundem Gulielmum die 16. Decembris eodem anno, quibus eum redarguit, quod vocatus non venerit, eique præcipit vt ad Synodum veniat in prima Hebdomoda quadrageſimę menſe Aprilis 1075. celebrandam ex alijs litteris ad Mathildim vxorem Azzonis eadem die 16. Decembris ſcriptis, quibus ſignificat fuiſſe probatam conſaguinitatem in quarto gradu inter ipſam, & Azzonem, & facultatem eidem attribuit reprobandi teſtes in prima Synodo, & demum ex litteris die 16 Ottobris 1074; quibus Pontifex rogat Beatricem, & Mathildim vt ſecuritatem in eundo, & redeundo concedant Azzoni Marchioni ad Synodum euocato pro reddenda cõiugij inceſtuoſi ratione, his præmiſsis.

Dicebam primò, quod Gotifredus primus maritus Comitiſſæ Mathildis viuebat anno 1073; & 1074. igitur inuereſimile eſt, quod anno 1073; vel 1074. Mathildis filia Bonifatij nupſerit Azzoni, & duos eodem tempore voluerit habere maritos, & quidem ſi duos Comitiſſa dicto tempore viros accepiſſet Summus Pontifex non ex capite conſaguinitatis tantum, ſed etiam ob adulterium matrimonium diſſoluiſſet, ſed hoc nefas eſſe videtur aſſerere de Comitiſſa, quæ & Imperatoris erat conſaguinea, & Tuſciæ Ducatrix & omnium in ſe Principũ oculos conuerterat ipſiuſque Pontificis lateri vt fidelis Sancti Petri filia adherebat, ita vt eos factum latere non poſſet, igitur non fuit Comitiſſa Mathildis, ſed alia Mathildis, quæ nupſit Azzoni Marchioni.

Secundo quia Illa Mathildis Azzonis vxor habuerat aliũ maritum nomine Guidonem, ſeu Vidonem conſangui-

neum eiuſdem Azzonis, vt in litteris Gregorij Septimi n. 34. & 36. & tamen nullus ex ſcriptoribus ſomniauit Mathildim Comitiſſam filiam Bonifatij habuiſſe virũ nomine Guidonem: alia eſt igitur Mathildis Azzonis vxor à Mathildi filia Bonifatij —

Tertio ſi Guido fuiſſet vir Mathildis filiæ Bonifatij ipſa Mathildis habuiſſet quatuor viros, ſcilicet Gotifredum, quem circa annum 1054. dum eſſet Puella accepit, ſecundo Guidonem, tertio Azzonem, quarto Vuelphonem, quod à veritate abboret ex eorum met Sententia, qui hoc matrimonium adſcribunt Mathildi filiæ Bonifatij, & qui hoc expreſſe aſſereret debet docere, quo tempore Guido fuerit maritus Comitiſſæ Mathildis, nam Gotifredus primus maritus vixit maritus vſque ad annum 1076; matrimonium inter Mathildim, & Azzonem dicitur contractum anno 1074, & conſequentèr antè annum 1074 Mathildis Comitiſſa fuiſſet vxor Gotifredi, & Guidonis, eodem tamen tempore, quod Pudicitię, & veritati aduerſatur, ideoquè Mathildis Comitiſſa non fuit vxor Azzonis, ſed alia Mathildis, quæ fuerat vxor Guidonis Comitis, vt legitur in litteris Gregorij Septimi.

Quarto Quia Mathildis Vxor Azzonis erát Soror Gulelmi Epiſcopi Papienſis, vt aſſerit Gregorius in Epiſtola 34; & 36. Comitiſſa Mathildis non habuit fratrem nomine Gulelmum, immo fratrem, & ſororem, quos habuit deceſſerunt in etate pupillari, nec Pigna aut aliquis alius agnoſcit Gulelmum Epiſcopum Papienſem inter conſaguineos Comitiſſæ Mathildis filiæ Bonifatii; quare ex hoc etiã arguitur Mathildim Comitiſſam eſſe diuerſam Mathildim ab ea que Azzoni nupſit.

Quinto

Quinto Quia Gregorius ſcribens Beatrici eiuſquæ filiæ Mathildi hortatur vt publicam ſecuritatem præſtent Azzoni, qui per earundem terras erat tranſiturus vt veniret ad Synodum Romanam, pro reddenda ſui coniugij ratione alias enim Azzo ad Vrbem proficiſci verebatur, vt in Sūmario num. 35. ad quid enim opus fuiſſet vt Gregorius ſecuritatem pro Azzone peteret à Mathildi ſi ipſa Mathildis erat ipſius vxor, & concorditer ita viuebant, vt Gregorius coactus fuerit præcipere Mathildi & Azzoni, vt à cohabitatione, & conſortio recederent vt num. 37; Alia igitur eſt Mathildis filia Bonifatij à Mathildi cum qua Azzo contraxit.

Poſtremò Franciſcus Burſattus Conſilio 330. aſſerit in Sereniſſima Familia Eſtenſi fuiſſes ſex Actios, ſeu Azzones, & probare conatur nullum ex illis potuiſſe nubere Mathildi filiæ Bonifatij, & ſubdit Albertum Marchionem Eſtenſem contraxiſſe matrimonium cum altera Mathildi, & errare eos, qui hunc Albertum vocant Azzonem, & pro vna eademque perſona acceperunt, vt legere quis poteſt in eodem conſilio in libro 3.° ne prolixam narrationem Cardinali Mantuano factam breui compendio deteram.

Poſſet quis contrà primum argumentum occurrere ex Cardinali Baronio, qui fatetur quidem, Gotifredum Ducem Lotharingiæ vixiſſe anno 1074; ſed inter ipſum, & Mathildim ſequutum fuiſse diuortium, ideoq; Mathildm potuiſse ſuſcipere Azzonem; diuortium autē deduci ex Regiſtro Gregorij VII. qui in Epiſt. ad Erimannū Metenſem Epiſcopum ſcripta die 25 Maij 1076 Gotifredū appellat Mathildis quondā virum, quæ verba interpretatus eſt Baronius denotare ſeparationem viri

K 2 ab

ab vxore, ſubdit tamen ſe diuortii cauſas ignorare, ſed hæc interpretatio facilè tollitur, quià illa verba[quondam virum] denotant quidem ſeparationem vxoris à viro, ſed propter obitum viri; nam anno 1076. obierat Dux Gotifredus vt probatum eſt, & quià Erimannus, qui partes Pontificis ſequebatur ex Lamberto ad annũ 1076. verebatur ne Mathildis alicui nuberet Principi, qui contra Pontificem Imperatori faueret, Ideo Erimãnus loquitur cũ Pontifice de futuro Mathildis ſtatu. Secundo nõ videtur adfuiſſe potuiſſe diuortiũ, quià anno 1074. Gotifredus vna cum Beatrice morabatur Piſis, & anno 1075. Mathildis idemque Gotifredus aderant Anconæ vt ſupra narratum eſt, hæc verò communis habitatio diuortium excludit.

Ad Scriptores, qui pro matrimonio inter Azzonem, & Mathildem afferuntur, reſponderi poteſt eos forte in errorem fuiſſe delapſos, quia interpretati ſunt Gregoriũ Septimum, qui in eodem anno ſcribit litteras tam Mathildi, & eius matri Beatrici, quam Mathildi, quæ fuit vxor Azzonis loqui de eadem Mathildi Comitiſſa filia Bonifatij. Secundo reſpondetur eorundem ſcriptorum Genealogias non eſſe concordes, & alteram alteri aduerſari, tam in numero perſonarum, quam in nominibus, & in gradibus Conſaguineorum, a quibus aſſerunt ortos eſſe Azzonem Marchionem, & Mathildim eius vxorem, vt quilibet facta Genealogiarum comparatione cognoſcere poterit; Cum igitur ipſi inter ſeſe diſſentiant, qui eadem docere nituntur, mirum non erit ſi ego ab ipſis diſſentiam, qui contrariam ampleſſus ſum opinionem 3° Rx Pignam lapſum eſſe dum matrimonium inter Azzonem, & Mathildem contractum fuiſſe anno 1080.

 Si

Si enim matrimonium fuit diſſolutum à Gregorio Septimo ad annum 1074. vel ſequenti non potuit illud fuiſſe contractum anno 1080. Sed neceſſe eſt vt antè annum 1074 fuerit initũ ad hoc vt diſſolui potuerit. quarto lapſum eſſe Pignam, & alios dum aſſerit Segefredum, ſeu Segebertum eſſe patrem Azzonis ſecundi. Azzonem ſecundum Patrem Alberti, ſeu Segefredi, Albertum,ſeu Segefredum Hugonis tertij Marchionis Eſtenſis, & Tuſciæ, Hugonem tertium Aldourandini,Aldourandinum Azzonis quinti, qui eſt maritus Mathildis; nam Hugo [quem ipſe tertium vocat] Marchio Tuſciæ, eſt filius Alberti pariter Marchionis Tuſciæ, & hic Albertus eſt filius Hugonis Regis Italiæ. Quod Hugo Rex Italiæ ſit pater Vberti Marchionis cõſtat ex inſtrumento emptionis anni 952, quò ſe Vbertus vocat filium Hugonis Regis Italiæ, Cuius partem refert Placidus Puccinellus de Hugone fol. 9. & id atteſtatur S. Petrus Damianus lib. 7. Epiſt. 12. & Luitprandus in hiſtoria lib. 3. Cap. V.

Quod autem Vbertus ſit pater alterius Hugonis Marchionis Tuſciæ probatur ex tribus inſtrumentis relatis ab eodem Puccinello. Primum celebratum eſt anno 16. Imperij Ottonis ſecũdi ſexto Idus Septembris Indict: iij anno 1083, quò vendit plura bona = Ego Hugo Marchio ſecundum legem viuens Salicam, filius bon. mem. Vberti. Alterum eſt datum menſe Ianuarij Ind. XII. Incar. dom. 984. quo donat Eccleſię Beatæ Mariæ de Florentia Caſtellum, Collis de Monte ibi vndè. Ego Glorioſiſſimus Marchio filius bon. mem. Vberti; qui fuit item Marchio. Tertium quo donat eidem Eccleſię Caſam,& Curtem Dominicatam datum XV. Calen-

lendas Maij 995. Indict. 8 = Ego Hugo Glorioſiſſimus Marchio filius D. Vberti, qui fuit Marchio.

Probato igitur, quod Hugo Marchio Tuſciæ, eſt filius Vberti Marchionis Tuſciæ, qui eſt filius alterius Hugonis, qui fuit Rex Italię, dico, quod hic Hugo eſt ille, qui Gregorium Quintum contra Romanos tutatus eſt, & qui pro Ottone tertio pugnauit ex Card. Baronio ad annũ 1002. Ricordato Malaſpina in hiſt. Florẽt. cap. 52 Scipione Ammirato in hiſt. lib. 1. fol. 33. Petro Boninſignio in hiſt. Florẽt. anno 980. Dico quod hic Hugo extruxit, & dotauit plures Abbatias, & Monaſteria in Tuſcia, nam Vuilla mater Hugonis Monaſterium B. Mariæ dicatum à fundamentis extruxit, Hugo Marchio filius illud ditauit, & dotauit, nam Caſtella Collis, de Monte Burgi, Mugilli, & amplisſima prædia dono dedit vt in præfatis inſtrumentis anno 984, & 995. Hugo, & Tuditha coniuges Monaſterium S. Ianuarij in Comitatu Aretino in Caſtello de Campoleonis conſtruxerunt anno 996. Abbatiam S. Marię in Prætolo, & alia Monaſteria, de quibus Santus Damianus lib. 7. Epiſt. 12, & Placidus Puccinellus in Hugone, Dico quod hic Hugo Marchio nõ fuit filius Aldæ, quæ dicitur filia Ottonis primi, ſed eſt filius Vuillæ, quæ eſt filia Bonifatij Ducis Spoleti & Camerini ex Vualtrada cõiuge, vt ipſemet Vgo in diplomatibus ſupra relatis cõfitetur, & Otto tertius aſſerit apud Fiorentinum lib. 3. fol. 44. Quare authoritati Pignæ, & ſupra relatis adhærere non poſſum, cum diſſentiam in perſonis, & nominibus eorũ à quibus Mathildis, & Azzo coniuges ſub Gregorio Septimo, & Mathildis Comitiſſa ducunt originem; Vlterius Pigna Hugonem cum altero Hugone miſcet, Albertum cum Segifredo

con-

confundit, Hugoni Marchioni Tuſciæ Aldam filiã Ottonis primi Imperatoris attribuit pro vxore; excuſandi tamen videntur, quià in re ſupra eorum memoriam enarranda ducem non inuenere fidelem.

Concludo illam Mathildim, quæ nupſit Azzoni tertio, ſeu quinto Marchioni ex Sententia Pignę, Sardi, & aliorũ, non fuiſſe Mathildim filiam Bonifatij Marchionis, ſed aliam nomine Mathildim, & erraſſe eos, qui affirmarunt nulli ſe viro iunxiſſe Comitiſſam, cum ipſa primo Gotifredum Ducem Lotharingiæ, & iterato Vuelphonem Bauariæ Ducem in Viros acceperit vt filios procrearet.

An autem mathildis virgo permanſerit in dubbium a nonnullis reuocatur. Gregorius Septimus in litteris die 3. Ianuarij 1074. Mathildim vocat egregiæ indolis puellam, quo anno Gotifredus vir eius Pontifici aduerſabatur. AEneas Siluius poſteà Pius ſecunda in Boemia Virginem appellat, Coſmas Pragenſis in hiſt. Boemorum Virginem pariter vocat etiam poſt contractum cum Vuelphone ſecundo marito matrimonium, Vuelpho ipſe faſſus eſt immunem ſe illa fuiſſe vt loquitur Bertoldus anno 1095. ideoquè non nulli exiſtimant illam eà conditione nupſiſſe vt perpetua Caſtitas ſeruaretur, ſed ex arbitrio, alias nupſiſſe, & liberos proceaſſe vt eſt Benuentus Imolenſis ad Dantem, & Corius in vita Henrici quarti, nullo tamen dato Autore. Vtcumq; res ſe habeat cum Domnizone concludam.

Id Circo fructus centeni Colligit vſus.
Alter Terdenam, ſexagenamq; Coronam
Dum tenet alter habet centenam grandior alter
Iſta legit totas probitatis iure coronas.

De

De Loco Sepulturę Mathildis:
Cap. VII.

MATHILDIS, quæ anno 1116. in Caſtro Bondeni Roncoris in Territorio Ferrarienſi ex hac vita migrauerat ad imortalem tumulata fuit in eminenti ex Alabaſtro, & Columnis Sepulcro in Eccleſia Sancti Benedicti propè padum, & lironem cum hac Inſcriptione.

Quæ meruit clara Mathildis nomina, vide
Pro qua Pontifici reddita Roma fuit.
Et tunc diſpoſuit turmas inuicta Virago
Qualis Amazonides Pantaſilea ſolet,
Quæ nunquam ſæui per tot diſcrimina belli
Mars potuit veri vincere iura Dei.
Hæc igitur tanto belli defuncta labore
Hoc niueo tandem marmore clauſa iacet.

Tretaſticon.

VT genere, & forma ac Regno prædiuite, ſic &
Virtute meritis pietatiſque inclita laude
Hoc ſua dum vitæ immortali reſtituantur
Oſsa, adſeruari voluit Mathilda Sepulcro.

Diſtichon.

STirpe, opibus, forma, geſtis, & nemine quondam
Inclyta Mathildis, hic iacet aſtra tenens.

Et hæc duo vltima carmina Dominicus Millinus part. 2. fol. 103. aſſerit adhuc ſupereſſe, eadem refert Benedictus

ctus Luchinus de Mathilde cap. 19. & alij.

Guido Gonzaga Protonotarius Apoſtolicus Monaſterij Sancti Benedicti commendatarius præſentibus Euſebio de Mutina Abbate ac Monachis ſepulcrum iuſsit aperiri, & corpus recognoſci, & deinde transferri a dextera in ſiniſtram partem Eccleſię ex latere Tumbæ Sancti Simeonis, quia aliquæ ex octo Columnis ſuper quibus arca poſita fuerat ruinam minabantur vt ex Inſtrumẽto die 9. Auguſti 1445.

Anno 1613. dum Magni Ducis Etruriæ exercitus in agro Mantuano conſediſſet in auxilium, Ferdinandus Mantuæ Dux tunc Cardinalis vt falſam de Sepulcro Mathildis apud Piſanos traditionem tolleret, & ſcriptores aliquos eraſſe doceret, delegauit ad Monaſterium Sancti Benedicti Scipionem Paſqualium Protonotarium, Epiſcopum Caſalenſem; apertum fuit ſepultrum tractatum corpus, & celebri recognitione futuro ſeculorum decurſui prouiſum: teſtes fuerunt Franciſuus Medices exercitus Tuſcorum Imperator, Blaſius Caplzucca, Franciſcus Marchio Malaſpina, Marcus Antonius maluetius. Dux ipſe lamina plumbea ſeriem ſic complexus eſt.

Magna illa Comitiſſa Mathildis, quæ integra etiam num domo ſua Gonzagorum Mantuæ Marchionum quingenteſimum ante annum ſeriem inofficiosè teſtata, auctaq; Romanæ ſedis potentia eluſit, de Ambigua, procerum Italiæ teſtimonijs recognita, Scipione Paſqualio Protonotario Apoſtolico ea in tabulas referente Sereniſsimi Ferdinandi S. R. E. Diacani Cardinalis Mantuæ VI. & Mõtisferrati IV. Ducis ſtudio, & pietate vſurpata, quæ Romanos Pontifices hæredes ſpectabat

ſic cōponitur Chriſtianæ Salutis 1613. Iunij 18. penes Antonium Poſſeuinum de Gonzagis lib. p. fol. 95.

Santiſsimus D. N. Vrbanus Octaus memor beneficiorum, quæ Mathildis in Romanam Eccleſiam contulerat, pręcepit Ioſeph à Mantua Monacho Sancti Benedicti poſtea Epiſcopo Interamnenſi vt Corpus Mathildis e Cænobio Mantuano extraheret, ac illud Romam tuto & decenter deferret; paruit Ioſeph, Corpus Romam detulit alijs Monachis ſocietatus tradidit in Arca recōditum, & recognitum Eminentiſſimo Cardinali Franciſco Barberino die 26. Septembris 1633; qui iuſſit in Arce Sancti Angeli adſeruari donec e cādidiſsimo marmore Mauſolæum varijs cælatum imaginibus in Vaticana Baſilica extrueretur. Opere perfecto Capſa in qua Corpus fuerat pluribus ſignis clauſum relata fuit in Palatium Vaticanum apertaque iterum me etiam ſpectante die 10. Martij 1644. procerum corpus oſſibus integrum, ſerica veſte indutum, in AEneam arcam reconditum fuit inſcriptione deſuper inciſa ſub anno 1644. ac Eminentiſsimo Franciſco Cardinale Barberino S.R.E. Vicecancellario tit. S. Laurentij in Damaſo Presbitero comitate delatum fuit in Mauſolęum in eadem Baſilica Vaticana à deſtris propę Cappellam, in qua Sanctiſsimum Euchariſtię Sacramentum adſeruari conſueuit & Forinſecus in marmore legebatur.

VRBA-

VRBANVS VIII
PONTIF. MAX.

COMITISSAE Mathildi Virilis animi Feminæ
Sedis Apoſtolicæ propugnatrici.
Pietate inſigni, liberalitate Celeberrimæ,
Huc ex Mantuano Sancti Benedicti
Cœnobio tranſlatis oſſibus
Gratus ęternæ laudis promeritum
Monumentum poſuit Anno Salutis. MDCXXXV.

Digitized by Google

NOMINA LOCORVM

In quibus data fuerunt Diplomata & Inſtrumenta, quæ ponuntur,

ANNO 960 Regium n. 1. & 2. Adalbertus, qui & Atto
963 Sanctus Stephanus n.° 3. Adalbertus
964 Regium n.° 4. Adalbertus
966 Gonzaga n.° 7. Adalbertus
967 Sanctus Seuerus n.° 5. Adalbertus
971 Vinzagus Comitatus Mãtuæ n 6. Adalber.
972 Gonzaga n.° 8. Adalbertus qui & Atto
1005 Roccha Canuſiæ n.° 9. Thedaldus
1017 Reuere n.° 10. Bonifatius Richilda
1025 Gonzaga n.° 11. Bonifatius Richilda
1045 Gauſelengum n.° 12. Bonifatius
1052 Mantua n.° 13. Beatrix Federicus filius
1053 Fenonica n.° 14. Beatrix
1060 Piſæ n.° 15. Gotifredus, Beatrix
1071 Fraſsinonum n.° 16. Beatrix
1073 Verona n.° 17. Beatrix Mathildis
1073 Campitellum n.° 18. Beatrix Mathildis
1073 Toroſella n.° 19. Beatrix Mathildis
1079 Mantua n.° 20. Mathildis
1088 Nugaria n.° 21. Mathildis
1090 Mantua n.° 22. VVelpho Mathildis
1102 Pancianum n.° 23. Mathildis

1106 Ca-

1106 Canoſsia n.º 24. Mathildis
1105 Gonzaga n.º 25. Mathildis
1106 Nogaria n º 26. Mathildis
1112 Maſſæ Ferrariæ n.º 27. Mathildis
1114 Mons Baruncionis n.º 28. Mathildis
1114 Bondenum n.º 29. Mathildis
1115 Bondenũ Rõcoris n. 30, & 31. Mathildis.

CASTRA; CVRTES,

Eccleſię & Bona, quorum fit mentio in Diplomatibus, & Inſtrumentis.

ANtioranũ n.° 16.
Baiazaria n.° 5.
Butrionum n.° 16.
Burbaſſium 26.
Brixianus Comitatus numero 5.
Bondenum 29.
Bumenga Curtis 18.
Centum n.° 5.
Caput de Vico 26.
Caſal bonum n.° 5.
Guiſtellũ Chiſtellum Curtis 26.
Campitellum n.° 6.
Caſale Barbatum 26.
Qui Cuſtellum caſtrũ n. 9.
Campagnolæ maſsaritiæ xi.
Carpinetum n.° 16.
Cambium n.° 16.
Campaniola n.° 16.
Cellula Curtis n.° 23
Caſalauonum n.° 25
Formidinis n.° 5.
Fattuli bona 17.
Gurgo Pethagni Inſula n.° 1, 2, 4.
Gonſaga n.° 5.
Garfagnatra 3, 8.
Gubernalum 9.
Inculi Villa n.° 1.
Iſola 16.
Mirandulæ Caſtrum 30.
Moricula Inſula n.° 1, 2, 4. alias Moretula
Morianum 5.
Marmirolũ Caſtrũ 6.
Mantua bona 8. tributa 22.
Montiuilinum 28.
Medula 16.
Maſſa in Comitatu Ferrariæ bona 27.
Modulum 16.
Nuuelariæ fundus num.

Digitized by Google

num. 3. 8.
Nugatiæ fundus n.° 10. 29.
Pigogna ga n.° 6.
Platulæ Curtis n.° 52 ſerui. n.° 10.
Pulianum 16.
Quarantula 30.
Regienſis Comitatus bona n.° 1. 3 5. 8.
Roſolani Vicus n.° 1.
Ronchus Ronaldi 31.
Ronchus de Roſando 6.
Ronchus Sigifredi n.° 56.
Rozzolum 16.
Runchouelli bona 17
Raigoſolæ Curtis 23.
Sancti Benedicti Inſularum Caſtro n° 1. 2. 3 4. 8. 9. 31. 24. 26. Bona 26.
S. Bartolomei & Sãcti Ioannis Eccleſiæ 9.
S. Mariç in loco Tartaro n.° 5.
S. Margaritæ n.° 6.
S. Fabiani in loco Fõtana n.° 5.
S. Benedicti Cella in Figarolo 27.
S. Sixtus in luco Paludano 31
Sepſigentũ Curtis 26
S. Laurentij Curtes n.° 18.
S. Poſſidoni in Carfagnana 3. 8.
S. Silueſtri in Nogaria 21.
S. Maria in Rodiguſola n.° 14.
Sigianus Fũdum 3. 8.
Thedaldi Caſtrum 23
Valagni Curtis n.° 1.
Villulæ bona 9. & Curtis 26.
Voltæ Caſtrum 13. 19. Serui & Ancillæ 20.
Vetriola 16.
VVolferrarij bona 17
Vuolpigozzi bona 17

AV-

AVTHORES QVORVM

In Genalogia fit Mentio·

ANDREAS Dandulus Chronic. manuſ.
Archiuia Sanẟi Benediẟi inter Padumlironem
S. Petri Mantuæ
S. Silueſtri in Nonantula
S. Proſperi in Aretio
S. Zenonis Veronenſis
Incertus Author Vitarum Pontificum penes Cencium Camerarium
Cronica Parmenſis
M. Antonius Guerinus manuſcritt.
Aæneas Siluius Pius ſecundus in Bohemia
Albertus Crantius Saxonia
Albertus Aquenſis in hiſtoria Hieroſolym.
Alexander Cannobius Vitæ Mathildis
Antonius Poſſeuinus hiſtoria Gonzagarum
Aubertus Miraus Chronicon
Annales Treuerenſes
Auguſtinus Monacus hiſtoria Camaldulenſis
Bartholomeus Platina. Vita Pontificum
Baptiſta fulgoſius faẟa memorabilia
Benediẟus Luchinus Chronica de Mathildi
Bernardinus Corius hiſtoria
Bonauentura de Angelis Hiſtoria Parmę
Bertoldus Præsbiter Chronicon
Bruno de Bello Saxonico
Cæſar Cardinalis Baronius Annales

Carolus

Carolus Sigonius de Regno Italiæ
Chriſtophorus Landinus in Dantem
Ciprianus Manentis hiſthoria Vrbeuetana
Coſmas Pragenſis Chronica Bohemiæ
Cęleſtinus de Bergomo hiſt. Bergomenſis
Chronicon Noualienſis Monaſterij inter hiſt. francorum
Domnizo Præsbiter,& Monachus Poema de Mathildi
Dominicus Millinus de Origine Mathildis
S. Damianus Epiſtolæ
Elias Reuſnerus Opus Genealogicum
Franciſcus Maria Fiorentinus Memoria Mathildis
Franciſcus Burſatus Conſilia
Franciſcus Roſiers Stemma Lotharingiæ
Franciſcus Villemanus de Rebus Heluetiorum
Flauius Blondus hiſtoria
Ferdinandus Vghellus Italia Sacra
Gaſpar Iongelinus Notitia Abatiarũ Ordinis Ciſtercieñſis
Gaſpar Sardus hiſth. Ferrariæ
Georgius Fabritius Origines Saxonicæ
Gothifredus Chronicon
Hippolitus Doniſmontius hiſtoria Mantuæ
Hermannus Contractus Chronicon
Honuphrius Panuinus de Principibus
Io: Baptiſta Pigna de Principibus Ateſtinis
Iacobus Philippus Bergomas in ſupplement.
Io. Baldus Vita SS. Victoris, & Coronæ
Ioannes de Deis de Succeſſoribus S. Barnabę
Ioannes Nauclerus in Chronogr.
Ioannes Auentinus Annales Boiorum
Io: Petrus Puricellus Monumenta Eccl. Mediolanenſis
Ioannes Trithemius hiſt.

M Ioan.

Ioannes Villanus Chronica
Ioannes Piſtorius ad hiſtor. Vuipponis
Incertus de Nominibus Germanorũ inter hiſt. Germaniȩ
Incertus Genealogiæ B. Arnulphi
Leander Albertus Deſcreptio Italiæ
Luitprandus Ticinenſis hiſt.
Marius Aequicola hiſt. Mantuæ
Marcus Antonius Marcellus de Iure Seculari Rom. Ponti.
Marcus Antonius Sabellicus hiſt.
Otto friſingenſis Chronic.
Placidus Puccinellus de Hugone
Pontus Heuterus Reru. Burgundic.
Regiſtrum Gregorij Papæ VII.
Regino Abbas Chronichon
Siluanus Razzius Vita Mathildis
Scipio Ammiratus hiſt. florentina
Segebertus Gemblacenſis Chronicon
VVippo Vita Conradi Salici Imper.
VVibertus Archidiaconus Vita Leonis 9.
Vrſpergenſis Abban Chronicon
Vincentius Borghinus de Florentia
VRBANVS OCTAVVS Odæ.

IN

[Anno p. 25 Auguſti circa 960.]

[Ex Archiuio S.Benedicti de Padolirone.]

IN nomine Dei, & Saluatoris Domini Noſtri Ieſu Chriſti Berengarius, & Adalbertus filius eius Dei gratia Reges anno Regni eorum XI. Octauo Calendas Septembris *I*ndictione Quarta. Commutatio bonæfidei noſcitur eſſe contractus, & vice emptionis obtinet firmitatem, eodemque nexu obligat contrahentes. Placuit itaquè, & bona voluntate conuenit inter Martinum Archipræsbyterum, & Præpoſitum Canonicæ Sanctæ Mariæ, & Sancti Michaelis ſiti Regio vna per conſenſum, & authoritatem frattuum ſeniorum Canonicorum ipſius Eccleſiæ, & inter **Adalbertũ, qui & Atto filium bo: mem: Sigefredi de Comitatu Lucenſe,** qui profitebatur ex natione ſua lege viuerè Lõgobardorum, vt in Dei nomine inter ſe cõmutare deberent, ſicuti a preſenti dederunt, ac tradiderunt viciſſimim ſibi vnus alteri cõmutationis nomine; In primis ipſe namque Martinus Archipresbyter, & Prę poſitus eidem Adalberto dedit, vel tradidit ad eius ius, & proprietatem habendum, hoc ſunt de rebus ipſius Territorii omnibus iuribus ipſius Canonicæ S. Mariæ, & S. Michaelis, quibus rebus ipſis eſſe videntur in loco, qui dicitur Inſula Moricula, ſeù Inſula S. *B*enedicti propè flumem Padi, Caſtrum inibi conſtructum, vel ædificatum fuit, ſeù cũ Piſcationibus ipſius loci, ſeù Inſula Gurgo Peragni cũ ſuorũ pertinentis, & ſuper rebus ipſis pro mẽſura ad rationẽ a per tica legitima de pedes duodecim mẽſurata inter ſedemina, & areã ſuper extãs terris arabilis modia quadraginta, Siluis, & Buſcalibus modia mille ſexagĩta, cui finem decernitur ad ipſis rebus de vna parte, de mane; &

[Adalber. qui & Atto filius bo.me.Sigefredi de Comitatu Lucenſi.]

[Ex natione longobardus]

de alia parte de Sero Sanctæ Mantuanenſis Eccleſiæ, & de tertia parte de medio die terminante infiuuio Pado, de quarta parte de ſubtùs fluuio lirione, quod alii ſunt affines. Quidem, & ad inuicem recepit dictus iam Martinus Archipresbyter, & Præpoſitus ampliata Canna, & meliorata ſicut lex continet ab eodem Adalberto ad partem predictæ Canonicæ. *I*d ſunt rebus illis iuris iam dicti Adalberti, quibus ipſis rebus eſſe videntur in Comitatu Regienſe infra fines deſignatæ iuſta fluuio Quariſsimo, & Fluuio Rodano, & Fluuio Baniolo, & in loco, qui dicitur Grafito; Silua, quæ dicitur Mantuana, & ſunt rebus ipſis ad ſupraſcriptam Menſuram illis rebus, infra Ciuitate Regio modia quatuor, & illis rebus foris ipſa Ciuitate in Vico Roſolani, & in loco Villa Inculi inter ſedimina, & Areas, vbi vites ſuperſtant, ſeù Terris Arabilis, & partis modia triginta. & illis alijs rebus in locis, & fundis Lacauio Paradiſo, ſeu Vinciolo, & Curte, quæ dicitur Vualagni, vel vbicunque pro locis infra à prænominatis finibus pro menſura legitima centum nonaginta, Terris, cum Siluis, & buſcalibus modia mille triginta pro vt ante poſuerit ipſe Adalbertus rebus illis, quod eidem Adalberto per cartulam aduenerint de Ioanne & Magnifredo &c. Actum Regio feliciter.

Ego Martinus Archipresbyter, & Præpoſitus in hanc commutationem, à me factam ſubſcripſi; ſequuntur aliæ
an. 2. ſubſcriptiones.

Ex Arch. S.Bened. die 5.Iunij 963. Ego Vrſo Notarius, & *I*udex Dominorum Regum, poſt traditam compleui, & dedi.

Dum in Dei nomine Ciuitate Regio in domo ipſius Sanctæ, & Regienſis Eccleſię in ſala propria ipſius domus &c. in iudicio reſideret Vuarmundus miſſus D. *I*mper

Digitized by Google

peratoris prædata licentia D. Ermenaldi Epiſcopi ipſius Epiſcopio ſingulorum hominum iuſtitias faciendas, & deliberandas, reſidentibus cum eo prędictus Ermenaldus Epiſcopus, Albericus quondam Reginerij Comitis miſſus D. Imperatoris &c. Giſebertus, Rochildus, qui & Rozo, Aribertus, Teuzo, Ioannes, Adalbertus, Iudices D. Imperatoris, Sauſus, Berno, Auſfre, Ioannes Notarius, & Iudex in Comitatu, VVarimudus, Thedaldus, Framſit, VValterius, Sosbertus, Eliſæus, Gaitulphus, Stephanus, Rodericus, Anno, Gezo, Vualbertus, Auſpandas, Ildericus, Germanis, Magnifredus, Zigefredus, Anſelmus, Gariardus Vaſſalli **Adalberti, qui & Atto Comes** & reliquis multis, ibiq; eorũ veniens præſentia Adalbertus, qui & Atto Comes filius bo: mem: Sigefredi, & oſtendit ibi chartulam vnam commutationis &c. chartula ipſa commutationis oſtenſa, & ab ordine relecta, interrogatus ipſe **Adalbertus**, qui & Atto per quid chartulam ipſam commutationis oſtenderet, qui dixit: Verè ideò chartulam ipſam commutationis ibi oſtendi præſentia, vt nequilibet homo aduerſum me exinde aliquid dicere poſſit, quod ego eam ſilens aut occultãs &c. habuiſſe, aut detinuiſſe & ne Caſis, & rebus ipſis, quæ ſunt in loca, & fundas in ſolo, quæ dicitur Moricula, atque Inſula Sancti Benedicti prope flumen Padi, quæ in iſta commutationis chartula ad meam habeo, & teneo proprietatem &c. & ſi quilibet homo aduerſus me exinde aliquid dicere vult paratus ſum cum ipſe chartula commutationis in ratione ſtandum, & legitime finem percipiendũ, & quod plus eſt quæro vt dicas iſte domnus Ermenaldus Epiſcopus, & Martinus Archipresbyter, &

Adalbertus, qui & Atto filius bone mem. Sigefredi.

Præ-

cepi à te Adalberte qui, & Atto Comes Conſobrino meo, filio q.m Sigefredi de Comitatu Lucẽſi argentũ per donos bonos libras ſexaginta haben: ducẽti quadraginta denar. libra. finitũ pretium pro caſis, & rebus, territorijs illis omnibus, quæ ſunt maſſaritiés ſex mei iuris, quæ eſſe videntur in fundo, & loco Serzana, & Valle Brumani cum ſuorũ pertinentijs, quæ recti, & laborati fuerunt, vel fiunt per Ioannẽ, & Serzano, & itẽ Serzano, ſeù item Ioanne, atq; Benedicto, & Rubiano Maſſarijs vna cum montes duos pertinentes ad ipſas Maſſaritias, vbi iam antea Caſtris ędificatis fuerunt in integrũ, ſeu per Cortes tres &c. quæ reiacere eſt in loco, vbi ſilua plana, & Veriano dicitur &c. per menſuram, & rationem ad perticam legitimam de pedes duodecim mẽſuratam iuges centum quadragintarũ &c. & ſi plus &c. omnia in tua Adalberte Comes, vel ad tuos heredes, aut cui vos dederitis perſiſtant poteſtatẽ, vel proprietatẽ in integrũ cum Caſis, Curtis, Hortis, Areis, Clauſuris, Campis, Pratis &c. atque promitto me ego, qui Atto, vel meos hæredes tibi Adalberti Comes &c. ab omni contradicẽte homine defenſare &c. & quod ſi nõ potuerimus &c. in duplũ reſtituturum, ſicuti pro tẽpore fuerint meliorati, aut valuerint ſub eſtimatione inconſimilibus locis & nihilominus ex ipſo prætio amplius reddebitis dixi. Actũ in loco Inſula Iudiciaria Parmenſis.

Ego Gerardus Notarius Dominorum Reguum predicta compleui, & dedi &c.

IN nomine Dñi Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Octo diuina ordinationis prouidentia Imp. Auguſtus, & idẽ Otto filio eius gratia Dei Rex anno Imperii, & Regni eorum hic in Italia Deo propitio primo, die decimo menſis Octobris, Indictione ſexta; cõmutatio bonæ fidei innoſcitur eſſe contractus, eodemque nexu vice emptionis obligau

gat contrahentes; placuit itaque bona conuenientium voluntate inter Domnus Vuilielmus hujus Sanctæ Mãtuanenſis Eccleſiæ Epiſcopus , nec non , & inter Adalbertus, & qui & Atto Comes bo: mem: Sigifredi filius de Comitatu Lucenſe, qui profitebatur ſe ex natione ſua lege viuere Longobardorũ, vt in Dei nomine debeat dare, ſicut præſenti dedit, vel tradidit ipſe namque Domnus Vuilielmus Epiſcopus per conſenſũ, & auctoritatẽ Fratrum Sacerdotũ, vel Clericorũ ipſius Eccleſię eidem Adelberti Comes ad iure, & proprietatem in commutationis nomine hoc eſt area vna de terra Cum Capella inibi conſtructa, & ædificata in loco, & fundo vbi nominatur Inſula, quæ dicitur Sancti Benedicti, quę eſt ad honorem ipſius Benedicti Confeſſoris Chriſti, cum Silua , & boſcalijs , ſeù vno tenimento iuris ipſius Sancti Mantuanenſis Eccleſiæ Epiſcopio, quæ iacet ipſa area de terra cum præfata Silua , & buſcalibus in ſuperſcripto loco Inſula iuxta fluuio Padi, & eſt ipſa area de terra cũ præfata Silua , & buſcalibus pro menſura legitima , terra arabile iuges viginti duo, Silua , & buſcalibus iuges ſexaginta echærentes ei fines de duabus partibus, de mane, & de ſubter ipſius Adelberti Comes, de tertia parte de medio die terminante in ipſo fluuio Padi, de quarta parte de ſero de conſortis ſiuè qui alij ſunt affines, quidem & ad inuicem recepit ipſe Domnus Vuilielmus Epiſcopus ab eodem Adelberto Comite ampliorata, & meliorata, cauſa dicere & proprietatẽ ipſius ſuæ Eccleſiæ ideſt Cappella vna cum area ſua, in qua extat iuris ſui, qui eſt ad honorem Sancti Poſſidonii, quæ eſt conſtructa, & ædificata in

do

loco, & fundo vbi nominatur **Garfaniana**, qui eſt in Comitatu Regienſe cũ caſis, & rebus ipſis in eodẽ loco ad ipſam Cappellã cũ ſua integritate pertinentibus, vel aſpiciẽtibus ſicut dictum eſt de ipſis rebus ad ſuprascriptam mẽſuram inter ſedimina, vbi vites ſuperſtant, ſeu terris arabilis, & prædictis iuges decem. Verum etiam, & maſſaricia vna iure prædicti **Adelberti Comes**, quæ raiacet in loco, & fundo Sigiano cum ſua pertinentia, quæ per Petrum Maſſario directas, & laboratas fuerant in integrum; & ſunt rebus ipſis ad iuſtam menſuram inter ſediminas, & terris, vbi vites ſuperſtant, ſeù pratis iuges ſex. Terris arabilis iuges viginti duæ. Siluis, & buſcalibus iuges quindecim, ſeù dedit vel tradidit ipſe **Adelbertus Comes** eidem Domino Præſuli ad ius, & proprietatem ipſius ſuæ Eccleſiæ ideſt in integrum rebus illis iuris ipſius **Adelberti Comes**, quibus ipſe eſſe videntur in loco, & fundo **Nuuellaræ**, & factis rebus ipſis pro menſura iuſta de terra arabile iuges quatuor, Siluis, & Buſcalibus iuges nonaginta ſex. Ac denique prædictis rebus ſuperius nominatis, vel commutatis, ſicuti menſuram legitur, & finem decernitur, cum acceſſionibus, & ingreſſuris ſuis, ſeù cum ſuperioribus, & inferioribus ſuis, ſibi vnus alteri commutationis nomine dederunt, & tradiderunt ad habendum, tenendum, & poſsidendum; Et faciat exindè vnuſquiſque, quos receperunt tam ipſi, quamque ſucceſſores, vel hæredes proprietario iure quicquid voluerint ſiuè vnus alterius contradictione, & ſpoponderunt vnuſquiſque, quos inter ſe dederunt ab omni contradicente homine defenſare quidem, & vt ordo legis po-

 poſcit

poſcit ad hanc præuidendam commutationem acceſſerũt ſuper ipſis rebus Ipſius Pontificis ab eo directus, ideſt Eriocus Diaconus, & Vicedominus de ordine ipſius Eccleſiæ vna cum uiris bonos homines, qui æſtimauerunt hijs terris, Vrſus Iudex Domini Imperatoris, ac Regis & Vuibertus vice Comes filius bonæ memoriæ idemque Vuiberti de Baricolo, ſeù Ildeuertus, qui & Bezo filiuſq; fredulfi de Villa Gurgo, quibus omnibus æſtimantibus rectum eſt eis, comparauerunt, & æſtimauerunt, vt ampliorata, & meliorata cauſa reciperet, ipſe Domnus Vuilielmus Præſul ab eodem **Adalberto Comite** à parte ſuæ Eccleſiæ, & Epiſcopio, quam daret, & hanc commutationem ſecundum legem fieri poſſe. De quibus, & pænam inter ſe poſuerunt, vt quis vnus ex ipſis tam Succeſſoribus, vel heredes, ſe hanc remutationem remouere, aut eas per quem ius ingenio infrangere conauerint, aut ſi ab vno quemque homine, his quos inter ſe dederunt non defenſauerint, tunc componant pars parti fidem conſeruanti, de cuius pars prius Ortum, aut remonitum fuerit pena dupliciter rebus ipſis de quo ægerit, ſicut, vel tempore fuerint meliorati, aut valuerint, ſub æſtimatione in conſimilibus locis, cum ſtipulatione ſubnixa, vndè due commutationes ſcriptæ ſunt. Acta infra Caſtrum S. Stephani.

Ego Vuilielmus Epiſcopus in hac commutatione à me facta. †

Ego Qruicus Diaconus atque Vicedominus miſſus, vt ſupra. †

Ego Vrſus Iudex Domini Imperatoris, ac Regis, qui ſupra ipſis rebus accepsſi, & prçuidi, & çſtimaui vt ſupra. †

Ego

Ego Vibertus Vice Comes qui ſuper ipſis rebus acceſſi & præuidi, atque æſtimaui. †

Signum manus Ildeuertus, qui ſuper ipſis rebus acceſſi, & præuedi, atque ęſtimaui, vt ſupra Teſtis.

Ego Martinus Archidiaconus conſenſi, & †

Ego Petrus Præsbyter conſenſi, & †

Signum manibus Antonij filij quondam Anno mi de Caſtro Sancti Stephani, & Artefredi, ſeù Magnifredi filius Ottonis de Monticello lege viuente Longobardorum rogati Teſtes.

Signum manibus Ilceladi, filiuſque Sighelmi de ipſo loco Sancti Stephani

Et Vuinizoni, filius quondam Vuarimbaldi de Ariole lege viuentes Romana rogati Teſtes.

Ego Anſefredus Notarius Domini Imperatoris, & Regis poſt tradita compleui, & dedi.

DVM in Dei nomine ſub Vrbe Regio in via publica ipſius loci non multum longo à Caſtro, vel Eccleſia Sancti Proſperi in iudicio reddendo Auſpandus de loco Vimanelli, & miſſus Dominis Ottonis glorioſiſſimi Imperatoris Auguſti ab eo directus Regium ad iuſtitias vnicuique faciendas, & deliberandas, reſidentibus cum eo Auſpandus, Deodatus, Eribertus, Vrſo, Teuzo, Adalbertus Iudices Domini Imperaroris, ac Regis, Theibaldus filius quōdam Luponis de Gurgo Vuido filius quondam Adalberti de Bamella Sigifilius quondam Alfri de loco Regis, VValbertus filius VValberti de Biſiganto, Gerardus filius Azzonis, Luizo filius quondam Sigefredi de fregnana, Aldericus de ſupraſcripto loco Vimanello. Dauid Rolandus, qui & Rozo, & reliqui plures, ibique,

Adalbertus qui & Atto filius quondam Sigefredi.

eorum præſentia veniens **Adalbetus**, qui & **Atto** Comes filius quondam **Sigefredi**, & oſtendit ibi notitiam vnam, & eam legere fecerunt &c. Notitia oſtenſa ab ordine relecta interrogatus eſt ipſe **Adalbertus Comes** ab ipſis Iudices, & Auditores pro qua cauſa ibi in eodem iudicio oſtenderet notitiam, qui dixit verè, ideò veſtris, quibus ſupra præſentia iſtam meam oſtendi notitiam, vt ne quilibet homo dicere poſſit, quod ego eam ſilens, aut occultans &c. habuiſſem, vel detinuiſſem, & Inſulam ipſam, quæ dicitur Sancti Benedicti, quæ vocatur Arca Moricula, & Gurgo Petagna, quæ ſunt inter Fluuio Padi, & largione quæ ad meã &c. detineo proprietatem, & ſi quilibet homo aduerſus me aliquid dicere vult, eſſe me paratum ſicut iſtam meam notitiam veſtris, quibus ſupra miſſus, & Iudicium præſentia in ratione ſtandum, & legitime finiendum, & quod plus quæro vt dicat iſta Reginguarda Abbatiſſa Monaſterij, quod' eſt ad honorem Beatæ Dei Genitricis Virginis Mariæ ſitum infra Ciuitatem Pauiæ, qui de Dodote, ſeù iſte Diobertus &c. Aduocatus ipſius Monaſterij, qui ad præſens ſunt, ſi notitia iſta bona, & verax, vel ſi Inſula ipſa Arca Moricula, Gurgo de Peragno, & Inſula, quæ dicitur Sancti Benedicti ad iam dictam menſuram, quæ in iſta mea dicitur notitia, mihi **Adalberto Comes**, vel contradicere, aut ſubtrahere velint, tam de ſua parte, quam eſt de parte ipſius Monaſterii, an non. Quæ & Reginguarda, & Diobertus eius Aduocatus, & ipſius Monaſterij profeſsi dixerunt, & manifeſti ſunt verè notitia ipſa, quam tu **Adalbertus Comes** hic oſtendiſti

bona,

bona, & verax eſt &c. & non contradiximus, nec contradicimus &c. vt ipſe Adalbertus Comes ad ſuam habeat, & detinere debeat proprietatem, & quod tam Reginguarda Abbatiſſa, & Diobertus Aduocatus maneret &c. ſibi omni tempore taciti, & contenti & eo modo ſi ita eſt cauſa, & hanc notitialiter actam, eam pro ſecuritate eiuſdem Adalberti Comes fieri admonuerat. Quidem & ego Sadbertus Notarius Domini Imperatoris, & Regis ex iuſſione ſupra ſcripti Auſprandi miſſus, & Iudicum admonitione ſubſcripſi Anno Domini Ottonis Imperatoris Auguſti, & item Ottoni filius eius gratia Dei Rex anno Regni eius tertio, tertiodecimo Calendas Auguſti Indictione Sexta.

Signum manus, ſupradicti Auſpandi miſſus qui ſupra.

Deo datus Iudex Domini Imperatoris, & Regis

Eribertus Iudex Domini Imperatoris, & Regis

Teuxo Iudex Sancti Palatij.

Adalbertus Iudex Domini Imperatoris, & Regis

Ego Theuzo Notarius authenticum huius exempli vidi, legi, & ſic ibi cōtinebatur, qualiter hic pręter litteras plus, minuſue, & hoc ex emplar manibus meis exemplaui. n. 5.

967. Die 22. Aprilis Imper. 6 Ex Archiuio S. Benedicti.

IN nomine Domini Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Otto gratia Dei Imperator Auguſtus, & item Otto filio eius gratia Dei Rege anno Imperij, & Regni eorum hic in Italia Sexto, decimo Calendas Madias, Indictione X; commutatio bonæ fidei noſcitur eſſe contractus, vt emptionis obſtineat firmitatem; eodemq; nexu obligantur cōtrahentes, placuit itaq; & bona conuenit voluntate. Inter Dominū Doruṅium gratia Dei venerabilis Abbas Monaſt. S. Benedicti Sito Larionis, nec nō & inter

Adal-

Adelbertus qui & Atto Comes Mutinensis Adalbertus.

Adalbertum; qui & Atto gratia Dei Comes Mutinenſis, vt in nomine debeat dare, ſicut à præſenti dedit ipſe Domnus Abbas eiden Adalberto Comiti commutatori ſuo in cauſa commutationis ſuo iure præſenti die, & hora proprietario nomine ad habendum, ideſt

Gonzaga

Corte vna, quæ dicitur Gonzaga, cum Cappella vna, quæ eſt conſtructa in honorem Sancti Benedicti, cum Caſis, Maſſaricijs, ſeù appendicijs, cum omnibus rebus ad eãdem Cortẽ pertinentibus &c. Vndè & vicem recepit ipſe Domnus Abbas de eodem Adalberto Comite, comutatori ſuo ſimiliter in cauſa comutationis nomine à parte prædicto Monaſterio Sancti Benedicti præſenti die, & hora proprietario iure, ad habendam, & nominatiue Cappellam vna, quæ eſt conſtructa in honore Sanctæ

Tartaro

Mariæ, & reiacet in loco, & fundo Tartaro, cum ſediminibus, & areis vbi vites extant ſeu pratis omnia ſunt tenente Comitatu Brixiano. Item etiam portionem de Cappella vna, quæ eſt conſecrata in honorẽ S. Fabiani quæ reiacet in loco, & fondo Fontana, & Caſis, Maſſaricijs, ſeu Vineis, & Siluis, cum areis, vbi extant, ſeù pratis, & terris arabilis, quę habere viſus ſum eſt in locũ, & fundas Mandriæ & in loco. Iſtis rebus cum ſu-

Comitatu Regienſis.

praſcripta Cappella reiacent in Comitatu Regienſis, & ſedimines rebus territorijs illis, quę habentur iuris, & in loca, & funda Baiazaria, Caſalbini, & informidine,

Centum Morianũ in Mutin. Comitu.

ſeù, & in Cento atque in Moriano Comitatu Mutinenſis, quæ ſunt rebus ipſis cum prędictas Cappellas, & prænomi-

nominata loca Tartaro, & in Fõtana,ſeù mãdriæ atq; in laco, & in Baiazaria, & in Caſalbini, & in formidine, atq; in Cento, & in Moriano, & ſuper ipſis rebus acceſſere Adalbertus Diaconus, & Præpoſitus ipſius Monaſterij Sancti Benedicti, & miſſus ipſius Domini Abbatis vna cum Ranerio de Rinoltella miſſus ſupraſcripti Ottonis Imperatoris. Qui ad defenſandum minimè conſenſerint aut ſi cõtra hanc Cartulam commutationis agere vel cauſare,vel remouere quęſierint& non permanſerit vel complouerint in ea omnia,qualiter ſuperius legitur tunc componat parte illa, quæ non conſeruauerit ad partem fidem ſeruanti duplis, & melioratis ſupraſcriptis rebus, ſicut pro tempore fuerint, aut valuerint ſub extimatione in eadem loca, quia ſic inter eas conuenit. Vnde duæ Cartulæ commutationis vno tenore ſcriptæ ſunt.

Actum in loco, qui dicitur S. Seuero vbi Domnus Otto Imperator præ erat feliciter.

Ego Dominus Abbas in hac commutationis a me facta ſcripſi manu propria mea.

Ego Adalbertus Præpoſitus, atque Diaconus, qui ſupra ipſis rebus acceſſi, & miſſus fui vt ſupra. †

Signum manus ſupraſctipti Ranerii, qui iſtis rebus acceſsit, & miſſus fuit vt ſupra † ſequntur alie ſubſcriptiones.

Ego Ariberto Notarius Domini Imperatoris rogatus ſcripſi, poſt dicta compleui, & dedi. nu. 6.

DVM in Dei nomine in Villa Vinzago Comitatu Mãtuenſe in Curte propria Ermeperti de ipſo loco pro eius data licentia in iudicio reſidens Vualbertus Iudex, & miſſus Domini Imperatoris ad iuſtitiam faciendam, & delibe- 970 in circa. Ex Archiuio S.Benedicti.

liberandam ; reſidentibus cum eo Adelmus &c. Iudices Sacri Palatij in eorum veniens præſentia Adalbertus, qui Atto Comes filius bonæ memoriæ Sigefredi, & oſtenſa chartula vna Venditionis, ſicut ſubtus legetur. In nŏmine Domini Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Otto gratia Dei Imperator Auguſtus anno Imperij eius nono, duodecimo Calendas, Indictione quarta. Conſtat nos Rodoinus, qui & Rozo filius bonæ memoriæ Lamberti de loco Aqua frigida, & VValdeberga filij quondam Bardaldi iugalibus, ſeu Garibalbdus Germana ipſius Rodoini, & Suana, & Suaridda iugalibus, filia quŏdã Ardeberti, qui profeſſi ſumus nos Germani, & VVadeliga ex natione noſtra longe viuere Longobardorum, & ego Suana, quæ profæſſa ſum lege viuere Romana, ipſos namquæ viros, & Mundualdos noſtros nobis ſupraſcriptę fæminæ conſenſientes, & ſubconfirmantes, & iuxta leges Longobardorum vna cum notitia de propinquioribus parentibus noſtris, qui ſunt VValdeberghæ &c. in quorum præſentia, vel teſtium certam facimus profeſſionem nullam nos pati violentiam, à quoquam homine, nec ab ipſis iugalibus noſtris, communiter ſicuti in præſentia noſtra accepimus à te Adelberte, qui & Atto Comes, filius bonæ memoriæ Sigefredi argenti denarias bonas libras centum finitum pretiũ pro Curte vna, domo, Cultili iuris noſtri, quam habere viſi ſumus ſuper fluuium Padi in loco, & fundo Marmiolo cũ Caſtro inibi conſtructo, & Capella inibi ædificata in honorem Sanctæ Margheritæ cum caſis &c. & omnibus rebus illis, quæ habere viſi ſumus vbi Roncho de Rolando dicitur iacente ſuper fluuio Padi non longe à Caſtro Pi-

gogna-

gognana, & in loco Campitello, quod eſt iuſta flumen ollium prædictis rebus in ſupraſcripto loco vbi Ronchus de Rolando dicitur &c. ſupraſcriptam Curtem domui cultilem in ſupra ſcripto loco, & fundo Marmariolo cum prædicto Caſtro, & iam dicta Capella inibi ædificata in honorem Sanctę Margaritæ cum areis &c. in integrum ab hac die ſibi conſcripte Adalberte Comiti pro ſupraſcripto prętio vendimus, tredimus, & mancipamus &c. Actum in Caſtro Aqua frigida feliciter.

Signum manum ſupraſcriptorum Rodoini, qui & Rozoni, & Valdebergæ iugalibus, qui hanc chartulam venditionis fieri rogauerunt, & ſupraſcriptum prætium acceperunt, & ipſe Rodoinus conſentiente eidem Valdeberga coniuge ſua vt ſupra.

Ego Garibaldus ſubſcripſi.

Signum manus Suarę, & Suanildæ & aliorum &c.

Anno Notarius Domini Imperatoris rogatus ſubſcripſi.

Ego VValpertus Notarius, & Iudex Sacri Palatij ſcriptor huius chartulæ venditionis poſt tradita compleui, & dedi. chartula iſta oſtenſa, & ab inde lecta interrogatus eſt ipſe Adalbertus, qui & Atto Comes pro quo chartulam ipſam oſtenderet, qui dixit vere ideo chartulam iſtam quam hic oſtendi bona, & vera in veſtra oſtendi præſentia, ne ſilens appareat rebus ipſis omnibus, & Caſtro &c. quæ ad meam habeo, & teneo proprietatem, & ſi quilibet homo aduerſus me exinde aliquid dicere vult paratus ſum eo exinde in ratione ſtendum &c. cum ipſe Adalbertus Comes taliter retuliſſet ad hęc reſponderunt ipſi Rodoinus, & Garibaldus germani dixerunt, & profeſſi ſunt; Vera charta iſta, quam hic oſtendi bona, & vera eſt, & nos ipſi Germani cum coniugis noſtris fieri ro-

gauimus, & firmauimus, & rebus ipſis, & Caſtro, ſeù Capellæ, quæ in ipſa legitur charta non contradicimus, neque contradicere querimus &c. His actis, & manifeſtatio vt ſupra facta, rectum eorum iudicium, & Auditoribus patuit eſſe & iudicauerunt, vt iuxta eorum altercatione & eorum Roini, & Garibaldi manifeſtatione, & ipſe Adalbertus Comes prædictis omnibus rebus, Caſtro, Capella, ad ſuam proprietatem habere, & detinere deberet, & ipſe Rodoinus, qui & Aozo, & Garibaldus, et ſuorum hæredes manerent exinde omni tempore taciti, & contenti, & in eo modo finita eſt cauſa, & hanc notitiam pro ſecuritate eiuſdem Adalberti Comiti factam admouerunt.

Quidem & ego VVfredus Notarius, & Iudex Sacri Palatij ex iuſſione ſupradicti miſſi, & Iudicis admonitione ſubſcripſi anno Imperij Domini Ottonis Deo propitio nono decimo Calendas . . . . Indictione quarta.

VValpertus Iudex, et Miſſus, Domini Imperatoris.
Aſtulphus Domini Imperatoris Iudex
Adelmus Iudex Sacri Palatii
Giſelbertus Iudex Sacri Palatii.
Heginulfus Iudex Domini Imperatoris.
Manipertus Iudex Domini Imperatoris.
nu. 7. VValpertus Iudex Sacri Palatij.

Ex Arch. S. Benedicti.

DVM in Dei nomine Caſtro Gonzaga in Caminata maiore Sala Adalberti Comitis pro eius data licentia in Iudicio reſideret Iures Comes, & miſſus Imperatoris ſingulorum hominum iuſtitias faciendas, & deliberandas, reſidentibus cum eo Adelmus, Teuzo, Petrus, Batericus, Atto Iudices Sacri Palatij, Turiſendus Gilardus, Dido, Lanfrancus, Dauit Vaſſi ſupraſcripti Adalberti Comitis,

mitis, & reliqui plures, ibique eorum veniens pręſentia, Adalbertus, qui & Atto Comes filius bo: mem: Sigefredi & oſtendit ibi munimen vnum, quod eſt notitia vbi continebatur ab ordine, ſicut hic ſubtus legitur. Dñi in Dei nomine Ciuitate Papia in Palatio Domini Imperatoris in Caminata, quæ eſt ad ante Caminata dormitoria ipſius Palatij in iudicio adeſſet Odbertus Marchio, & Comes Palatij ſingulorum hominum iuſticias faciendas &c. ibiq; eorum veniens præſentia Adalbertus, qui & Atto filius bo. mem. Sigefredi, & oſtenſit ibi chartulam vnā Comutationis &c. vbi cōtinebatur ſicut hic ſubtus legitur. Adalbertus, qui & Atto filius bo: me: Sigefredi.

IN nomine Domini &c. Otto Dei gratia Imper. Auguſtus anno Imperij eius XI. Quarto die Menſis Nouembris, Indictione XI. Commutatio bonæ fidei noſcitur eſſe contractus &c. placuit itaque, & bona conuenit voluntate intèr Dominus Guinbaldus Epiſcopus S. Mantuanenſis Eccleſiæ nec non, & inter Adalbertus, qui & Atto Comes filius bo. mem. Sigefredi qui ſe profitebatur lege viuere Longobardorum, vt in Dei nomine debeat dare ſicut ipſi dederunt, & tradiderunt ſibi inuicem alteri in Dei nomine; in primis dedit ipſe Dominus Gumbaldus Epiſcopus eidem ipſi Domino Adalberto Comiti ex cauſa contractus, id ſunt rebus illis iuris ſui Epiſcopii, quibus ſunt poſitis in loca, & fundas Garfaniana, & eſt in Comitatu Regienſi, & in loco Signano, quod eſt Maſſaccia vna, fuit recta per Petrum maſſario primo in loco Nouellariæ prædictis rebus in eodē loco Garfagnana &c. ſunt Iuges decē &c. in eodem loco Nouellaræ ſunt Iuges quatuor; nam cæteris rebus in eodem loco Carfagnana, quod eſt Capella vna, quæ æſt ędificata in honorē Sancti nu. 8.

O 2 Poſſi-

Poſſidonij & arca ſua pro menſura iuxta . tabulas decem. Quidem eſt ad inuicem recepit ipſe Dominus Gumbaldus Epiſcopus &c. ab eodem Adalbertus,qui & Atto Comes melioratam rem, ſicut hic habetur id ſunt petia vna de terra intra eandem Ciuitatem Mantuanam prope locum, vbi Sancta Maria Vicedomino dicitur, & Caſis omnibus rebus ipſis, hæc omnia iuris ipſius Adalberti., quibus ſunt poſita in loca, & fundas, vbi Pecorile dicitur, & in loco fraſſineta, prædicta pretia infra eadem Ciuitate de terra eſt pro menſura iuxta tabulas ſeptem &c. in loco Pecorile ſunt Iuges quatuor; in loco fraſsineda ſunt iures quatuor & ad hanc præuidendam commutationem acceſſerunt ſuper ipſis Vualterus Diaconus, & præpoſitus ipſius Epiſcopi miſſo Dominus Guimbaldus Epiſcopus &c. Vnde duæ chartulæ commutationis vno tenore ſcriptę ſunt. Actum in Caſtro Gonzaga fæliciter.

Ego Gumbaldus indignus Epiſcopus in hac commutatione à me facta ſubſcripſi.

Ego Vualterus Diaconus, atque Præpoſitus miſſus Imper. ſubſcripſi &c. ſequuntur ſubſcriptiones æſtimatorum. Alipertus Not. & Iudex Sacri Palatij pro data licētiaà prædicto Adalberto cōfeci, ſcripſi poſt traditacōpleui, & dedi.

Chartula ipſa commtuationis oſtenſa, & ab ordine lecta interrogotus eſt ipſe Adalbertus Comes &c. ſequitur tenor commutationis factę cum VVillelmo Epiſcopo Mantuano de qua ſupra num. 3.

Quidē & ego Adalber. Notarius ex iuſſiione ſupraſcripti Odberti Marchio, & Comes Palatij, ſeù Iudicum admonitione ſcripſi anno Imperii Ottoni, & Regni item Ottoni filio eius Deo propitio nic in Italia tertio ſexto die Mēſis Decembris, Indictione Octaua.

Ob-

Odbertus Comes Palatij ſubſcripſi.

Agelmundus Iudex Sacri Palatij interfui, & ali.

Munimē ipsū quod eſt notitia oſtenſa,& ab ordine lecta interrogatus eſt ipſe Adalbertus Comes,per quod munimen ipſum ibi oſtenderet, qui dixit verè ideò munimen iſtud, quod eſt notitia hic veſtri oſtenſi pręſentia ne ſilens appareat,et quod plus eſt quæro vt dicant iſti Domini Gumbaldus Epiſcopus Sanctæ Mantuanæ Eccleſiæ, & Ioannes filius quondam item Ioannis eius, & ipſius Epiſcopij Aduocatus, qni hic ad præſens ſunt, ſi munimen iſtud, quod hic oſtenſi, bonum, & verum eſt & ſi quondam VVillelmus Epiſcopus fieri rogauit, & firmauit, vel ſi petia ipſa de terra, quæ eſt Inſula cum eadem Capella in eodem loco Sancti Benedicti mihi contradicere quærunt, vel ſi mea propria eſſe debent vel non. Cum ipſe Atto Comes taliter retuliſſet, & ad hæc reſponderet Gūbaldus Epiſcopus, & Ioannes Aduocatus dixerunt, & profeſsi ſunt. Verè munimen iſtud, quod tu oſtendiſti verum, & bonum eſt & omnia ita verum eſt, & ſicut in eo legitur, & quondam VVillelmus Epiſcopus eum fieri rogauit, & ipſe Adalbertus Comes eadem petia de Terra, quæ eſt Inſula cum eadem Capella &c. ad ſuam habere, & detinere, & proprietatem debes &c. et in eo modo finita eſt cauſa, & hanc notitiam pro ſecuritate eidem Adalberto Comiti fieri admonuerunt.

Quidem & ego Alibertus Notarius, & Iudex Sacri Palatii ex iuſs ione ſupraſcripti miſsſi, & Iudicium admonitione ſubſcripſi anno Imperij Domini Ottoni Deo propitio quarto, decimo ſexto die mens Nouembris Indicione decima.

Siuret Comes, & Miſſus ſubſcripſi.

Adel-

Adelmus Iudex Sacri Palatij interfui.

Teuzo
Petrus
Eribertus
Batericus
Anto

Ego Teuzo Notarius authentichum huius exempli vidi legi, & ſic ibi continebatur qualiter hic legitur preter litteras plus, minuſque, & manibus meis hoc exemplaui.

n. 9. IN nomine Domini Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Henricus Dei gratia Rex, anno Regni eius Deo propitio, hic in Italia quarto, Menſe Iunij Indict. quinta.

Ego in Dei nomine **Teudaldus** Marchio, filius quondam Adalberti idemque Marchio, qui profeſſus sũ ex natione mea lege viuere Longobardorum præſentibus dixi. Dum in Statu Stanitatis humanæ vitæ curſus peragitur pleno animo mentis ratio vegetatur; ſic debet, homo ſemper cogitare, atque diſponere, quæ ſunt futura, atq; manſura, vt cum Dominus de hoc ſæculo vocare venerit, non de negligentijs iudicet, ſed de bonis diſpoſitis remuneretur vt pius manifeſtus eſt mihi, qui Teudaldus Marchio,& quod volo aliquid de rebus meis ordinare, & diſponere. Eo videlicet modo, vt omni tempore ſic firmæ, & ſtabilis permaneat, qualiter hic ſubter inſertum fuerit, & mea decreuit voluntas pro anima mea, & quondam Vuiliæ coniux meæ, meiſque filijs mercedem. Ideoque volo,& ſtatuo, ſeù iudico, atque per hanc carthulam iudicati, & ordinationis meæ confirmo. Vt habeat Baſilica illa, quã ego ædificaui in loco proprietatis meæ,quæ dicitur Inſula S. Benedicti, & eſt dedicata in honorem S. Mariç, & S. Benedicti, & S. Michaelis Archangeli,& Sancti

S.Petri Apoſtoli, quam Deo volente, & me diſponent volo, vt ſit Monaſterium in perpetuum, in quo ſtatuo, & bona voluntate iudico aliquantum de rebus iuris, & proprietatis meæ, tum in ipſo loco Inſula Sancti Benedicti, quod eſt medietatem de ipſa Inſula Iuxta fluuio Padi cum meditate Domini, coltile, ſiue cum medietate Caſis, Maſſaricijs, & omnibus, Campis, Vineis, Pratis, Siluis, ac Stalarcis, Virgareis, Piſcationibus, Paludibus, Inſulis, & omnibus rebus, quicquid ad ipſam medietatem de ipſa Inſula pertinet in integrum, atque corte vna Domui coltile in loco vbi dicitur etate Cuſtello, cum Caſtro, & Capella inibi ędificata, & eſt ipſa Eccleſia ædificata in honorem Sancti Bartholomei, & Sancti Ioannis, vna cum omnibus rebus Domui, coltile, cum caſis, Maſſaricijs, Siluis, Paludibus, Piſcationibus, & omnibus rebus, quod ad ipſam Cortem, & Caſtro ſeù Capella pertinentibus in integrũ ſunt finis de ipſa Corte de mane Bõdagniolo, de meridie Palude, de Salecito; de Sero fluuio Padi de ſubſò Cuſtelo, verũ etiã, & aliquãtis rebus iuris mei quod ſunt mãſos quatuor, & runcarij quatuor, & Mulinari tres, qui ſunt in loco vbi dicitur Villole. Verum etiam, & omnibus, qui ſunt infra iſte confines, quod hic legitur, quod eſt de mane foſſa, quæ dicitur finale, de meridie Palude de Salecito; de Sero foſſa, quæ vocatúr Periuta, & eleuata de ſubto fluuio Padi adque & medietatem de Braida vna donicata in iſto loco Villulæ. Verum etiam, & palude vna, quæ vocatur Pauanello, & Palude vna, ex integra, quæ vocatur Rotunda cum piſcationibus, & omnibus rebus quicquid ad ipſas paludes pertinent in integrum, ad quæ tertia pars de pipei, quod

exe-

maneat poteſtate, & Abbas, qui à nobis miſſus fuerit diſtrictione ſecundum Deum, & regulam iuſſionis corrigendum, & caſtigandum.

Præterea, volo, & ſtatuo, vt Abbas ipſius Monaſteri, qui à me, vel à meis hæredibus, & qui de eis legiptimè nati fuerint vt ſupra legitur miſſus fuerit benedictionem conſecrationem, ſeù Mantuanæ Eccleſiæ primo poſtuetur, & ſic euenerit, quod Epiſcopus Mantuanenſis Eccleſiæ refutauerit eum benedici, & Sacrari, & propter poſtulatum aliquod ſeruitium denegauerit ad ipſam ſacrationem, tunc ipſe Abbas habeat licentiam reuertendi,& ſecundum, quod ei melius præuisũ fuerit ad quemcumque Epiſcopum voluerit, vadat, & benedictionem ſacrationis ab eo recipiat, abſquę alicuius cõtradictione. Nullum verò cambium, aut præcarium, ſiuè libellum ex inde faciendi habet licentiam ipſe Abbas in maioribus perſonis, vel in minoribus, excepto in Colonis, qui ſupra ipſas res habitant, ſinè mea, & hæredum meorum, & qui de eius legiptimè nati fuerint voluntate, vel iuſſione Si quis verò de noſtris hæredibus, vel prohæredibus, vel aliqua magna, prauaque perſona hoc noſtrę diſpoſitionis, & ordinationis iudicatum infringere, aut minorare tentauerit, Maleditionem Dei omnipotentis Sanctorum omnium percipiat, & in die tremendo iudicij, non cum Angelis bonis ad deſteram Dei; ſed cum Diabolis ad ſiniſtram ſtet, & cum ipſis inperpetuum igne ſinè fine permaneat, fiat; fiat; Hanc enim carthulam iudicati, & ordinationis męę Ioanni Notario Sacri Palatij ad ſcribendum dedi, atque rogaui.

In qua ſubtus confirmans, teſtibuſque obtulit roborandã.
Vnde duæ cattulæ iudicati vno tenore ſcriptæ ſunt.

P Actum

Actum infra Rocche Canoſciæ feliciter Theudaldus Marchio ſubſcripſi,ſequntur ſubſcriptiones teſtium.

Ego Ioannes Notarius ſcriptor huius Cartulæ Iudicati poſt traditam compleui, & dedi.

n. 10. IN nomine Domini Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Cri-
ſti anno Incarnationis 1017. Septimo Calendas Apri-
26 Martij lis Indictione quinta. Deo, atque tibi Domino Rodul-
Ex Archi- phus Abbas Monaſterij Sancti Silueſtri ſiti Nonantula,
uio No- & ſuis ſucceſſoribus. Nos Bonifatius Marchio fili-
natulano us quondam Theudaldi, itemquè Marchio Richilda
Bonifac. Coniuge eius iugalis, qui profeſsi ſunt lege viuere Lon-
gobardorum volumus, & iudicamus, ſi nos Iugales ſine
Richilda. filijs, aut filiæ legiptimę, & Nepotes, vel Neptes de hoc
ſæculo migrauerimus, tunc volumus, & iudicamus ſibi
prædictæ Rodulphe Abbas, ſuiſq; ſucceſſoribus habeatis
poteſtatem Canonicos ordinandi &c in Eccleſia S. Silue-
Nugara ſtri,ius quod nos habuimus in noſtro fundo Nugariæ;
nos ſupradicti iugales canonice tibi donamus pro remedio
animæ noſtræ &c. Actum in loco Reuere feliciter.

Bonifatius Marchio ſubſcripſi.

Manus prædictæ Richildę Comitiſſæ,quę etiam iudicauit fieri rogationem &c.

Donatus Notarius Sacri Palatii ſcripſi, poſt tradita compleui, & dedi.

n. 11. IN nomine Sanctæ,& indiuiduæ Trinitatis. Anno ab incarnatione Domini Noſtri Ieſu Chriſti Milleſimo vigeſimo quinto, quarto Calendas Madias Inditione Ottaua, Eccleſia S. Benedicti Chriſti Confeſſoris ſitus loco Gunziaga.

Ego quidem in Dei nomine Richelda Comitiſſa filia quondam Giſelberti Comes Palatij, quæ profeſſa ſum ex

natione

natione mea legem viuere Longobardorum, conſentiente mihi, & hic ſubter cōfirmante Domnus Bonefacius Marchio iugale, & Mundoaldo meo pręſentibus dixi, promitto, atque ſpondeo, me Ego qui ſupra Rigelda Comitiſſa, vna cum meis hæredibus in eadem Eccleſia Sancti Benedicti, vt amodo nullam quam in tempore non habeamus licentiam, nec poteſtatem per nullum ius, ingenium, nullamque occaſionem quod fieri poteſt agere, nec cauſare nominatiuè Maſſaricies duas, quę iam dictę, Eccleſiæ Sancti Benedicti, quæ ſunt poſitæ in loco vbi dicitur Campagnola, locus vbi dicitur Scalatrito, & alia in Linatito nomina, ſiuè ipſæ maſſaricies, quæ ſunt rectis, & laboratis, fiunt per Lantace, & ad me Grifo maſſarius, & ſunt ipſæ maſſaricies in ſupraſcriptis locis per menſura iuſta ambæ inſimul iuarum viginti, & quinque. Dicendo idem mihi quæ ſupra Rigelda Comitiſſa aliquid pertinere debeas, cum omni tempore, taciti, aut quieti permaneamus, aut ſi à modo aliquando tempore.

Ego quæ ſupra Rigelda Comitiſſa in eadem Eccleſia Sancti Benedicti de prædictis maſſaricies agnere, aut cauſare, vel remouere præſumpſerimus, vel ſi apparuerit vllum, aut factum, quod ego, quæ ſupra Rigelda Comitiſſa, vel meos heredes in aliam partem feciſſemus & clauſerit eiſinde nomni, tempore taciti, & quieti non permanſerimus, tunc promittimus componere, Ego quæ ſupra Rigelda Comitiſſa, & meos hæredes in eadem Eccleſia Sancti Benedicti prædictes maſſaricies in duplum ſicut, pro tempore fuerit melioratas, aut valuerit, ſub æſtimatione in conſtimile locas. Inſuper pæna argenti libras centum, & in eo tenore, vt ſupra legitur, & hanc confirmandam promiſſionis Cartulam

 accepi

accepi, ego, quę ſupra Rigelda Comitiſſa permiſſo pars ipſius Eccleſiæ exinde Launechil aureũ annullum vnum, vt ex mea promiſſio, ſicut ſupra legitur perennis teneris, & per me permaneat atque perſiſtat.

Actum in Mantua feliciter.

Bonefacius Marchio †

Signum manus ſupraſcripta Rigelda Comitiſſa, quæ hanc Cartulam promisſionis fieri rogaui, & ſupraſcripto Launechil accepit, & relectum eſt.

Signum manibus Gamdulfo, & Odo, ſeu Maginfredus legem viuentis Longobarde rogati teſtes.

Scripſi ego Rabaldus Notarius poſt tradita, compleui, & dedi.

n. 12.

1045. 22. Septembrij. Ex Canonica Sãti Petri Mãtuæ. Theuald. Marchio Bonifac. Marchio, & Dux. Pletula.

IN nomine Domini &c. anno ab Incarnatione Domini &c. 1045. decimo Calendas Octobris. Indictione decima quarta Eccleſiæ Canonicæ Sancti Petri Apoſtoli, & Sanctæ Specioſæ Virginis Sitæ Mantuæ. Ego Bonifacius Marchio, & Dux, & filius quondam Theudaldi item Marchio, qui profeſſus ſum ex natione mea lege viuere Longobardorum offertor, & donator ipſius Eccleſiæ &c. ideoquæ ego, qui ſupra Bonifatius Marchio, & Dux iam dictæ Eccleſiæ dono, & offero, ſeù trado pro anima mea, & Beatrice Coniuge mea, meiſque filiis, & Parentibus mercede, Curtem cum Domo &c. in loco, qui nominatur Pletula &c. Actum in loco Guaſolengo feliciter.

Bonifacius Marchio, & Dux ſubſcripſi.

Scripſi ego Giſelbertus Notarius, & poſt tradita compleui, & dedi.

n. 13. 1502.

DIE Dominico, qui fuit..... Intrante Menſe Ianuarij 1052 venians Beatrix Comitiſſa inuicem fiderici

rici filij ſui, & offerſit pro anima Bonifatij, qui fuit Vir ſuus ad Eccleſiam Sancti Petri Apoſtoli de Ciuitate Mantua, Curtem vnam, & Domo, Cultile, quæ vocatur Volta um Caſtro; & Capella ibi conſtructa in honorem Sanctæ Mariæ &c. Anno ab Incarnatione Domini Noſtri Ieſu Chriſti 1052. Imperatoris. Secundi Henrici 7.° Inditione ſexta. Ardezono Comes, & Vbaldo de Palma, & reliqui plures. Ex Canonica S. Petri Beatrix Bonifacios Frideric.

IN nomine Patris &c. Anno ab incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti 1053. Pontificatus vero Domino Leonis Summi Pontificis, & Vniuerſalis Papæ in Apoſtolica Sacratiſſima Beati Petri Apoſtoli Sede anno quinto, ſicque Imperante Dominus Henricus in Italia anno Septimo Imperij eius in Dei nomine, die 17. Menſis Decembris, Indictione ſeptima, infra Cimiterium Sanctæ Mariæ, quę vocatur infenonica &c. Ego quidem in Chriſti nomine Domina Beatrix gratia Dei Comitiſſa, dono, & offero prædictæ Eccleſiæ Monaſterii Sanctæ Mariæ in Fenonica pręſens &c. qua de re ego, quæ ſupra &c. propter Deum, & remedium animæ meæ, & animæ quondam Bonifatij Marchionis, & animæ filij, & filiæ meæ dono, & offero, ſeu transfero &c. per te Domnus Petrus Abbas, ideſt dono tibi Eccleſiam vnam, quę vocatur Sancta Maria, quæ eſt conſtructa, & ædificata in loco, vbi dicitur Rodiguſula cum omnibus ibi pertinentibus, & Iuges duodecim ad legiptimam menſuram &c. ſub die, Menſe, & prædicta Indictione ſeptima in prædicto Cimiterio Sanctæ Marię in Fenonica. n. 14. 1503. Ex Archi S. Benedi. Beatrix q. Bonifatius Marchio Pro Anima filij, & filiæ meę.

Signum

Signum manus Petri filio Alberti,& Darigdo, & Gherardo, & VValdo filio, & Atto filio Gherardo, & Armate Theutonico rogati Teſtes.

Ego Bruno in Dei Nomine Tabellio huius Caſtrum ficarolę Scriptor huius paginæ offerſionis ſicut ſuper legitur per roborationem teſtium, atquæ tradita, compleui, & ſolui.

n. 15.

Ex Arch. Piſanę Ecclefiæ.

GOtefridus diſponente Dei gratia Dux, & Marchio, atque Vxor eius Beatrix omnibus Chriſti fidelibus noſtris ſalutem. Notum fieri volumus &c. qualiter reſiſtius Epiſcopi Piſani, & vniuerſa, quæ ad ipſius Epiſcopatum pertinent ſub noſtro Mandemburgio defendendas recepimus &c. hoc priuilegium ſine die, & anno refert, & confirmat Henricus ſeptimus Datum Piſis Calendis Iunij anno 1313.

n. 16. 1071.

Ex Arch. S. Benedicti.

IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Dei æterni. Anno ab Incarnationis eius milleſimo ſpetuageſimo primo, quarto Calendas Septembris Indictione nona. Dum vita, & mors in manu Domini eſſe noſcuntur, optimum eſt vnicuique ita res ſuas diſponere, atque cum magna prouidentia ordinare, & cum die mortis obierit, tum de vnius talentio abſconſione non præiudicetur, Sed illam deſiderabilem vocem audire mereatur, Euge ſerue bonæ, & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam. Qua propter manifeſta ſum ego Beatrix Comitiſſa, & Ducatrix filia bonæ memoriæ Frederici Ducis, quæ pro-

feſſa

feſſa ſum èx natione mea lege viuere Salica, quia per hanc cartulam meæ diſpoſitionis, ſiuè offerſionis pro remedio animæ meæ & pro remedio animæ Bonifacij Marchionis, atque Ducis quondam viri mei, & incolumitate, & anima **Mathildæ dilectæ filiæ meæ**, & pro mercede animæ Cotfredi Ducis quondam viri mei, & pro mercede animæ Beatricis quondam Neptis meæ, offero tibi Deo, & Sanctæ Mariæ Virginis, & omnibus Sanctis, & Monaſterio, quod eſt ædificatum in honore tuo, & omniũ Sanctorum in loco, qui dicitur **Fraſsinorum** ſub conditione hic ſubter Curtes etiam duodecim, prima quæ vocatur **Ronco** Sigefredi, Secunda quæ nominatur **Medula**, tertia quæ dicitur **Vetriola**, quarta, quę dicitur Antinano, quinta cuius vocabulum eſt Carpineta, ſexta, quæ appellatur Cambio; Septima nuncupatur Puliano, Octaua cuius nomen eſt *Iſola*, nona quæ vocatur Burdione, Decima que appellatur Campaniola, vndecima, quæ dicitur Modulo, duodecima quę nominatur Rozzolo, atque omnibus Eccleſijs, quæ in prædictis Curtibus ædificatæ ſunt in cuiuſcumque honore conſecratæ eſſe videntur, & cum omnibus Caſtris, & Rocchis, & Iuribus ſuis, Caſis, & Caſinis, ſeù Caſalinis, ſimulque omibus rebus, tàm domnicatis, quàm maſſaricijs in quibuſcumque locis, vel vocabulis eſſe videntur cum fundamentis, & omnibus ædificiis, vel vniuerſis Fabricis ſuis, ſeù Curtis, Arcis, Ortis, Terris, Vineis, Siluis, Virgarijs, Pratis, Paucis; cultis rebus, vel incultis, diuiſis, & indiui-

diuiſis, cum Montibus, Alpibus, atque Vallibus, Rupis, & Rupinis, Decliuis, Aquis, Puteis, atque Fontanis, ſeu vſibus aquarum, earumque decurſibus, Molendinis, Piſcareis, Saleċtis, Sationibus, & venationibus, quæ ſunt iuris meæ, & quæ ad prędiċtas Curtes, & Caſtra, & Roccas, ſeù Eccleſias ſunt pertinentes in integrum, vna cum inferioribus, & ſuperioribus ſuis, ſeù cum acceſsionibus, & ingreſsibus ſuis, qualiter ſuperius legitur. Quatenus prædiċtæ Curtes, cum ſupraſcriptis earum pertinentijs ſint in proprietate iam diċti Monaſterij habendi, tenendi cauſam exinde agendi, atque reſponſum reddendi modis omnibus eas ad partem prædiċti Monaſterij vendicandi pro mercede animę meæ, & præfaċti Bonifacij quondam viri mei, & pro incolumitate, & anima iam diċtæ Mathildę filiæ meæ, & pro mercede animæ Gotefridi præfati, qui fuit vir meus, atquæ prælibatæ Beatricis quondam Nepotis meæ. Omni autem poteſtate atque licentia per hanc meæ paginis ordinationes ſibi ablata aliquid de prædiċtis rebus, vel terris vendendi, donandi, commutandi, vel aliquo modo alienandi, ſeù per titolum Emphiteoſis, vel precariæ, ſeù locationis, aut beneficij, ſeu alicuius conceſsionis modus permittendi, niſi tantum in omnibus perſonis ..... prędiċto Monaſterio faciendum; Et ſi contra hoc faċtum fuerit nullo modo ſit illi, vel illis ſtabile, vel firmum, atq; validum, ſed ad prædiċtum vſum, & ſumptum prædiċti Monaſterij redeat, ſic ſemper firmum, & ſtabile premaneat, ſicut modus iſtius meæ diſpoſitionis, vel offerſionis declarat. Et inſuper per coltellum, vel fiſtucum nodatum, & vantonem, & gaſonem terræ, ac per ramum arboris ...... tibi Deo & Sanċtæ Mariæ, & omnibus

bus ſanctis & ſupradicto Monaſterio ex inde legitimā facio traditionem, & inueſtituram, & me inde foris garpiui, & expulſiui, & abſentem feci, & ad proprietatem prędicti Monaſterii habendum reliqui faciendum, ex inde eo tenore, ſicut ſupraſcriptum eſt, quidquid voluerit pars ipſius Monaſterij ſine omni mea, & hæredum, ac pro hæredum meorum contradictione, vel repetione. Si quid verò quod futurum eſſe non credo, ſi aliquis de hæredibus, ac prohæredibus, quod abſit, ſeù quælibet obpoſita perſona contra hanc cartulam meæ diſpoſitionis, & offeiſionis ire quandoque tentauerit, aut ..., per quoduis ingenium infrangere quę ſi erit, tunc componat partem prædicti Monaſterij contra quam exinde lietem intulerit, multam, quæ eſt pæna auri optimi libras trecenti, argenti libras ſexcenti, & quod repetierit vendicare non valeat, ſed quod repetierit, in duplum parti prædicti Monaſterij componat, & pręſens hæc cartula meę diſpoſitionis, & offerſionis diuturnis temporibus firma, & ſtabilis permaneat, atque perſiſtat in conuulſa conſtipulatione ſubnixa omnia, & valeat præcipio, eo tenore, ſicut ſupradixi, & pergamenam cum atramentario, & cum alijs ſuper impoſitis rebus de terra, leuaui, & paginam Gerardo Notario Domini Imperatoris ad ſcribendum tradidi, & ſcribere rogaui in qua ſupter confirmatis, teſtibuſque roborandum, obtuli in ſupradicto loco Fraſſinoro. Actum feliciter.

Ego Beatrix gratia Dei quod ſum †
Ego Ardericus Iudex interfui, & †
Ego Rainerius Iudex ab Imperatore datus interfui & †
Vbertus Iudex Domini Imperatoris interfui, & †
Signum manuum Frederici filij Lodoici Comitis, &

Hugarelli filij quondam Vgonis,& Maginfredi filij quondam Alberti, & Giſlicionis filij quondam Rodulfi, & Ardicionis filij quondam Bonelli, & Rolandi filij Saracini, & Garini filij quondam Araldi lege viuentium Salica rogati teſtes †

Signum manuum Rainerij, & Bernardi Comitatis filij quondam Ardinghi Comitis, & Pagani filij quondam Rolandi, rogati teſtes †

Ego Girardus Notarius Domini Imperatoris poſt tradita compleui, & dedi.

n.17. 1073 EGO Beatrix Comitiſſa, & glorioſiſſima mea filia Mathilda omnibus fidelibus Chriſti notum eſſe volumus quod &c. amore Dei, & Sanctiſſimi Confeſſoris Chriſti Zenonis &c. refutauimus in manibus Domini VVerembeti Abbatis illas res Monaſterij, quæ nos habere viſæ ſumus, ideſt VVoferario, & VVopigozzo, & Runcouello, & fattuleto cum omni iure pro remedio animæ noſtræ, ſeù Gotefredi Ducis, & Bonifacij Marchionis, & cæterorum parentum noſtrorum Actum Veronæ in Monaſterio Sancti Zenonis anno ab Incarnatione Domini 1073. Indictione XI. in die Sabathi quarto Idus Auguſti feliciter.

Anſemlus Epiſcopus Lucenſis huic facto interfui.

n. 18 IN nomine Domini Dei æterni. Anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti 1073. decimo die intrante menſe Septembris Indictione XII. Canonicæ Eccleſiæ S. Petri Apoſtoli, quæ eſt caput Sanctæ Mantuanæ Sedis. Nos in Dei nomine Beatrix filia quondã Federici Ducis, & Mathilda filia eiuſdem Beatricis, & quondam bo: mem: Bonifatij Marchionis, & Ducis, quæ profeſſæ ſumus lege

lege viuere Salica offertrices, & donatrices perpendimus quod qui ĩfraſcriptis ac venerabilibus locis ex ſuis aliquid contulerit rebus in hoc ſęculo iuxta authoris vocem centuplum accipiet, & inſuper, quod melius, vitam poſſidebit ęternam; ideoq; nos, quę ſupra Beatrix, & Mathilda, Mater, & filia donamus, & offerimus eidẽ prędictæ Canonicæ pro mercede, & remedio animarum noſtrarum, & quondam Bonifatii Marchionis, & Ducis, ad vſum, & ſumptum Canonicorum prędictæ Canonicæ, qui vel per Epiſcopũ, vel infuturo ſine præprio ordinati fuerint regulariter viuẽtes, ideſt Curias duas iuris noſtri; Vna, quæ vocatur S. Laurentius in Burnenga poſita in Comitatu Mantuano iuxta fluuium Larionis, & altera cum Tumba, quæ vocatur Caſale poſito in Comitatu Mantuano prope fluuium ſiſſari, & in loco, qui dicitur S. Caſsianus cum Capellis in eadẽ curte ad honorem S. Nicolai, & S. Caſsiani conſecratis, & cum Caſis, & Maſſaritijs, vniuerſiſque rebus ad eaſdem Curtes preſentibus vt dictum eſt cum Caſis, ſediminibus, & Vineis, cum Areis ſuarumque terris Arabilibus, pratis, paſcuis, ſiluis, & ſtalarijs, ripis, rupinis, ac paludibus molendinis, & piſcationibus, cultis, & incultis diuiſis & indiuiſis, vna cum finibus, & terminis, acceſſionibus, & vſibus aquarum, aquarumque decuribus cum omni iure adiacentibus, & pertinentibus ad ipſas prædictas Curtes, omnique ſupra, & infra, eo vero ordine, vt Canonici, qui nunc ſunt in eadem prædicta Canonica, vel in antea ordinati fuerint faciant exinde, tam de frugibus, & reditu, quã ex Cenſu, & proficuo, quod annualiter Dominus dederit ad eorum vſum, & ſumptum quicquid eis fuerit oportunum ſine omni noſtra, & hæredum, ac prohæredum noſtrorum contradictione; ita tamen vt nec Canonici,

qui in eadem Canonica ordinati fuerint habent licentiam vendendi, donandi, commutandi, aut in beneficium dandi, neque per libellum, aut per precarium, neque per emphyteoſim, nec per vllum alium modum, vel titulum; & ſi Canonici hoc ſecundum iam dictum tenorem non obſeruauerint, & prædictæ Curtes cum prænominatis Eccleſijs, & cum rebus ad ea pertinentibus in noſtra, vel heredum noſtrorum deueniant virtute, donec Canonici fuerint, qui præſcriptam ordinationem oſſeruauerint, quæ autem ſupraſcriptas Curtes iuris noſtri vna cum acceſſionibus, & egreſſibus ſuis ſuperioribus, & inferioribus earum rerum qualibet ſupraque, & infra ab hac die prædictæ Canonicæ S. Petri donamus, & offerimus, & per pręſentem Chartam offerſionis ibidem ad habendum inperpetuum confirmamus. inſuper per cultellum, & feſtucam nodatam iure, occaſione, et ratione terræ per ramũ arboris legitimam facimus traditionem, & inueſtituram, & exinde foras nos expulimus, & abſentes nos facimus, & inproprietatem prædictæ Canonicæ ad habendum reliquimus, faciendum exinde Canonici, qui in eadem Canonica ordinati fuerint ſicut ſupra iure proprietario quicquid voluerint ſine omni noſtra, & hæredum, ac prohæredum noſtrorum contradictione, vel repetitione.

Actum infra Caſtro Campitelli.

Beatrix, & Mathildis, mater & filia, quæ hanc Chartam offerſionis rogauimus.

Signum manuum Alberto Alamanno &c. rogatis teſtibus.

Ego Ruſtico Notarius Sacri Palatij ſcripſi poſt tradita compleui, & dedi.

IN nomine &c. Anno ab Incarnatione &c. 1073. decimo die intrante menſe Septembris Indictione XII. n. 19.
Canonicæ Eccleſiæ Sancti Petri Apoſtoli, quæ eſt caput Sanctę Mantuanæ Sedis. Nos quidem in Dei nomine Beatrix filia quondam Federici Ducis, & Mathilda filia eiuſdem Beatricis, & quondam bonæ memoriæ Bonifatij Marchionis, & Ducis, quæ profeſſæ ſumus lege viuere Salica offertices, & donatrices &c. donamus, & offerimus eidē prædicte Canonicæ pro remedio animarum noſtrum, quondam Bonifatij Marchionis, & Ducis &c. medietatem de Curte, & Caſtro, quod vocatur Volta &c.

Actum in loco Toroſellæ feliciter.

Beatrix, & Mathilda, quæ hanc Chartam offerſionis fieri rogauimus.

Ego Ruſtico Notarius Sacri Palatij ſcripſi poſt tradita compleui, & dedi.

IN nomine &c. Anno ab Incarnatione &c. 1079. Octauo die intrante menſe Iulij Indictione ſecunda Canonicę Sanctæ Mantuanæ Eccleſiæ &c. n. 20.

Ego in Dei nomine Mathildis Comitiſſa, atque Ducatrix filia quondam Magni Bonifatij Ducis, & Marchionis patris, & genitoris mei, & pro anima magnæ Beatricis Comitiſſæ, & Ducatricis genitricis meæ Seruos, & Ancillas iuris mei qui, & quę ſunt in Villa Pletulæ, & Caſtro voltæ &c. Actum in Ciuitate Mantuæ feliciter.

Ego Mathildis Dei gratia ſi quid ſum in hac Charta à me facta ſubſcripſi.

Ego Andreas Notarius hanc Chartam donationis, & offerſionis à Comitiſſa Mathilda firmatā, & comprobatam ſcripſi.

n. 21. Ex Arch. Nonātulano.

IN nomine &c. Anno ab Incarnatione eiuſdem 1 0 8 8 quinto Calendas Martij Inditione XI. Manifeſta cauſa eſt mihi Mathildæ Dei gratia quicquid ſum filia quondam Bonifatij Incliti Marchionis, quod propter Deum, & animæ meę remedium &c, promitto, & ſpondeo ſi vnquam in tempore ego, vel mei heredes agere, aut cauſare prę-ſumpſerimus &c. vobis Ioanni Præpoſitio, & Aſterio Aduocato Eccleſiæ Sancti Silueſtri ſitæ Nonantulæ &c. Eccleſiam Sancti Silueſtri ſitum in Caſtro Nogariæ cum omnibus Terris, Caſis, Campis &c. ſicuti ante hos dies, & annos habitæ, ſeù detentæ fuerunt à iure ipſius Eccleſiæ per ceſſionem, & largitionem quondam Richildę inclitæ Comitiſſæ, ſeù per Dominum Bonifacium, & Beatricem genitores meos, & nominatiue Manſum de boni fagliarda &c. tunc componere promittimus prædictæ Eccleſiæ Sancti Silueſtri de Nonantula dictas res in duplum &c. Actum in Caſtro Nugariæ Mathildis Dei gratia ſi quid eſt.

Ioannes Notarius Sacri Palatij huius promiſsionis, & obligationis Chartulæ ſcriptor poſt tradita compleui, & dedi.

n. 22. VVelpho Dei gratia Dux, & Marchio, & Mathildis Dei gratia ſi quid eſt. Cum Mantuani à nobis petierint vt oneribus aliquot leuarentur &c. obeam rem nos Ciuitatis fide perſpecta, omnia tributa eis remittimus. Mantuæ quinto Calendas dalias Indict. X I I. anno 1090 Impreſſum eſt hoc Diploma apud Sigonium de Regno Italiæ, & Antonium Poſſeuinum in Hiſtoria Mantuana.

IN

IN Dei nomine amen. Anno ab Incarnatione eiuſdem 1102. decimo quinto Calendas Nouembris Indictione XI. Ego Mathildis Comitiſſa Dei gratia ſi quid ſum. Tibi Domino Ioanni Præpoſito Cænobii Nonantulanæ Eccleſiæ inperpetuum ad habendum concedo Caſtrum, & Curtem Cellule &c. Curtem Raigorolæ &c. Caſtrum etiam **Tedaldi** cum Eccleſia in honorem Sancti Ioannis Baptiſtæ ædificata cum omnibus ſuis pertinentijs, omneq; res territorias, quas in toto Comitatu Ferrariæ videor poſsidere &c. ità tamen vt pro omnibus ſupradictis rebus vnus biſantius annualiter in Lateranẽſi Palatij perſoluatur. Actum in Caſtro Panciano feliciter. n. 23. Ex Arch. Nonantulæ.

Mathildis Dei gratia ſi quid eſt ſubſcripſi.

Ego VVido Notarius Sacri Palatij ſcripſi poſt tradita compleui, & dedi.

MAthilda Dei gratias ſi quid eſt notum fieri volumus, vt ſicut bona memoria Auus meus Thedaldus Marchio eiuſdem Cęnobij fundator deuoto pro anima ſua mediatem prædictæ Inſulæ præfato Cęnobio Sancti Benedicti conceſſerat, ita nos aliam medietatẽ eiuſdem Inſulæ concederemus. Actum anno Dominicæ Incarnationis. 1104. Indictione XII Decemo Septimo Calendas Octobris apud Canoſiam in Comitatu Mutinenſi. n. 24.

Mathildis Dei gratia ſi quid eſt in hac Chartula à me facta ſubſcripſi.

IN nomine Domini Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti anno ab Incarnatione eiuſdẽ 1105. quarto Idus Madij Indictione tertia decima. Ego quidem in Dei nomine n. 25.

Ma-

Mathilda inclita Comitiſſa filia quondam Domini Bonifatij Marchionis, & Ducis per hanc Chartulam offerſionis pro mercede, & remedio animæ meæ, meorumque parentuum, trado, & offero tibi Domino Michaeli Monacho, qui es acceptor ex parte Eccleſiæ Sancti Michaelis de Cotornione manſum vnum terræ, quod videtur eſſe in Villa Caſalauoni &c. quod manſum cum terris, Vineis, Caſis, Pratis, paſcuis &c. ab hac dię, & hora per hanc Chartulam offerſionis in poteſtate iam dictæ Eccleſiæ Sancti Michaelis, & eius catholicorum ſeruientium ad vtilitatem eiuſdem Eccleſiæ maneat, & perſiſtat ad habendum, & faciendum ex inde inperpetuum iure proprietario quicquid voluerint ſine omni mea, & heredum meorum contradictione, quidem ſpondeo, atq; promitto ego, quæ ſupra Domina Mathilda vna cum meis heredibus &c. tibi prædicto Michaeli Monacho, tuiſque ſucceſſoribus. Acta in loco Gonzaga feliciter. Mathildis Dei gratia ſi quid eſt in hac chartula a me facta ſubſcripſi.

n. 26. ANno ab Incarnatione Dñi Noſtri Ieſu Chriſti 1106. Indictione XIII. Quæ ad honorem Eccleſiarum, & catholicorum erogantur, quin in centuplum recompenſentur, & quod melius eſt vita retribuatur ęterna, nulli prorſus fidelium dubitandum eſt &c. ideoquè ego Mathilda Dei gratia ſi quid ſum pro mercede & remedio animæ meę &c. Monaſterio Sancti Benedicti inter Padũ, & lirionẽ, vbi nunc D. Albericus Abbas præeſſe videtur cõcedo inperpetuum quicquid Gerardus de Sãcto Benedicto a me in beneficium tantummodo ante mortem ſuam detinebat, & quicquid ab Abbate de *Brixilio* per commutationem acquiſiui, tam in loco Sancti Bonedicti, quã in

in Curte Villulę &c. Præterea eidem Monaſterio concedo quicquid mihi pertinet in Inſula Sancti Benedicti, & in Curte Villulæ &c. ſimiliter per hanc meam oſterſionis paginam confirmo, & corroboro quicquid in ſupradictũ Monaſterium a Parentibus meis collatum eſt &c. hoc eſt mediatas *I*nſulæ Sancti Benedicti, & pars quedam in Villola, & caput de Vico, Curtem Cuſtelli Curtem ſeptingenti, Caſale Barbato, pars quædam de Burbaſsio, & omnia quæcumque à Parentibus meis quocumque titulo data, vel conceſſa ſunt in eodem venerabili loco &c. Actum eſt hoc Nogariæ tertio Calendas *I*anuarias præſente Vgone Mantuano Epiſcopo.

Comes VVido Guerra interfuit teſtis.
Comes Albertus Boſonis filius.
Ardoinus VVidonis filius.
Gerardus Boſonius filius.
Vgo Manfredi filius.
Saxo, & Rainerius conſobrinus eius.
Nordillus de Caſtro vetere.
Lanfrancus de Sauignano.
Opizo de Gonzaga.
Rainerius de Caſtro Olariano,
Albericus de Nonantula interfuerunt teſtes
Ego Vbaldus Iudex manu mea ſcripſi hanc conceſsionem, & poſt traditam compleui.

IN nomine Domini &c. Anno ab Incarnatione Domini Noſtri Ieſu Chriſti 1112. Die XIII. Menſe Aprilis Indictione quinta in Caſtro quod dicitur Meſſa &c. Ego Mathilda Dei gratia id quod ſum Poſtulationibus Abbatis Sancti Benedicti hortatu Cardinalis ſcilicet

n. 27. 1112. Ex Arch. S.Benedicti.

R Alba-

Albanenſis Epiſcopi,conſilioquè quam plurimum noſtrorum fidelium ſubueniendum putaui. Petiuit a nobis quidem Abbas terram quandam &c. quæ eſt poſita in Curia Maſſæ infra Comitatum Ferrariæ in fundo, quod dicitur Magarino, quam detineo ex parte Sancti Petri &c. hanc autem concedo ego in Monaſterium Sancti Benedicti pro remuneratione animæ meæ, & pro remedio animarum parentum meorum ſcilicet Bonifatij Marchionis Patris mei, & Beatricis Matris meæ &c. & inſuper cõcedo ego Collæ Sanctl Benedicti, quæ nunc ædificata eſt in loco figaroli &c. piſcatorem vnum habere in cunctis Paludibus Maſſæ, capulare, paſcere, glandemque legere, & quodcumque fuerit prænominatæ Cellæ figaroli in cunctis confinibus Maſſæ.

Mathildis Dei gratia ſi quid eſt

Ego Vbaldus Iudex interfui &c.

Ego Bonus Tabellio figaroli ſcriptor huiuspaginæ cómpleui, & abſolui.

n. 21. IN nomine &c. Mathildis Dei gratia ſi quid eſt. Dum olim apud montem Baruncianis eſſemus, & præſentibus Domino Bernardo Parmenſi, & Bonſeniore Regienſi, atque Manfredo Mantuanorum Venerabilibus Epiſcopis quędã negotia tractaremus, venerunt homines de Monticulo conquerentes quoſdam malos, & iniuſtos abuſus per noſtros miniſteriales ſibi fieri &c. notum igitur eſſe volumus &c. nos omnes malos & inſuetos vſus, quos à tẽpore bo: me: Beatricis Matris noſtre habuerant &c. remiſſe, & remittentes in manus Domini iam

dicti

dicti Parmenſis Epiſcopi eiuſq; ſucceſſoribus hoc idem perpetuo refutaſſe.

Mathildis Dei gratia ſi qnid eſt ſubſcripſi.

Actum eſt anno Dominicæ Incarnationis 1114. Decimo Septimo Calendas Iulij Indictione ſeptima apud montem Baroncionis per manum Vbaldi eiuſdem Comitiſſę Mathildis Cappellani feliciter.

IN nomine &c. Mathildis Dei gratia ſi quid eſt filia Bonifatij Marchionis & Ducis &c. notum eſſe volumus Dominum Bernardum Parmenſem Epiſcopum vna cum Ioanne Nonantulano Abbate, & Amato Nogarienſi Priore noſtram clementiam poſtulaſſe, dum apud Bondenum fueramus, vt pro illa penſione, ſeù ficto, quod debueramus perſoluere Monaſterio Nonantulano de Caſtro, ſeù Curte Nugariæ, quæ per præcarium ab eodem Monaſterio antiquitus poſſidemus, aliquid de poſſeſſione eiuſdem Curtis ipſi dicto Cenobio remitteremus, quorum iuſtis votis annuentes &c. Cenobio S. Silueſtri de Nonantula Braidam, & Palmatam, & Manſum, quem poſſidet Ioannes Rainonis &c. conceſſimus &c. Actum apud Bondenum feliciter anno Dominice Incarnationis 1114. Indictione ſexta, & natum Calendis Nouembris per manū Vbaldi Capellani, Chartula Braidæ de Palmata reſtituta.

Mathildis Dei gratia ſi quid eſt ſubſcripſi.

IN nomine &c. Mathilda Dei gratia ſi quid eſt filia Bonifatii Ducis notum eſſe volumns Dominum Bonifacium inclitum Patrem noſtrum olim à religioſo viro Domino Rodulfo Abbate Eccleſiæ, quæ eſt ſitu loco Nonantu-

Hugarelli filij quondam Vgonis, & Maginfredi filij quondam Alberti, & Giſlicionis filij quondam Rodulfi, & Ardicionis filij quondam Bonelli, & Rolandi filij Saracini, & Garini filij quondam Araldi lege viuentium Salica rogati teſtes †

Signum manuum Rainerij, & Bernardi Comitatis filij quondam Ardinghi Comitis, & Pagani filij quondam Rolandi, rogati teſtes †

Ego Girardus Notarius Domini Imperatoris poſt tradita compleui, & dedi.

n. 17. 1713 EGO Beatrix Comitiſſa, & glorioſiſſima mea filia Mathilda omnibus fidelibus Chriſti notum eſſe volumus quod &c. amore Dei, & Sanctiſſimi Confeſſoris Chriſti Zenonis &c. refutauimus in manibus Domini VVerembeti Abbatis illas res Monaſterij, quæ nos habere viſæ ſumus, ideſt VVoferario, & VVopigozzo, & Runcouello, & fattuleto cum omni iure pro remedio animæ noſtræ, ſeù Gotefredi Ducis, & Bonifacij Marchionis, & cæterorum parentum noſtrorum Actum Veronæ in Monaſterio Sancti Zenonis anno ab Incarnatione Domini 1073. Indictione XI. in die Sabathi quarto Idus Auguſti feliciter.

Anſemlus Epiſcopus Lucenſis huic facto interfui.

n. 18 IN nomine Domini Dei æterni. Anno ab Incarnatione Domini noſtri Ieſu Chriſti 1073. decimo die intrante menſe Septembris Indictione XII. Canonicæ Eccleſiæ S. Petri Apoſtoli, quæ eſt caput Sanctæ Mantuanæ Sedis. Nos in Dei nomine Beatrix filia quondã Federici Ducis, & Mathilda filia eiuſdem Beatricis, & quondam bo: mem: Bonifatij Marchionis, & Ducis, quæ profeſſæ ſumus

lege

lege viuere Salica offertrices, & donatrices perpendimus quod qui ĩfraſcriptis ac venerabilibus locis ex ſuis aliquid contulerit rebus in hoc ſęculo iuxta authoris vocem centuplum accipiet,& inſuper, quod melius, vitam poſſidebit ęternam;ideoq; nos,quę ſupra Beatrix,& Mathilda,Mater, & filia donamus,& offerimus eidẽ prędictæ Canonicæ pro mercede,& remedio animarum noſtrarum, & quondam Bonifatij Marchionis, & Ducis, ad vſum, & ſumptum Canonicorum prędictæ Canonicæ, qui vel per Epiſcopũ, vel infuturo ſine præprio ordinati fuerint regulariter viuẽtes,id eſt Curias duas iuris noſtri;Vna,quæ vocatur S.Laurentius in Burnenga poſita in Comitatu Mantuano iuxta fluuium Larionis, & altera cum Tumba,quæ vocatur Caſale poſito in Comitatu Mantuano prope fluuium ſiſſari, & in loco, qui dicitur S. Caſsianus cum Capellis in eadẽ curte ad honorem S. Nicolai, & S. Caſsiani conſecratis, & cum Caſis,& Maſſaritijs, vniuerſiſque rebus ad eaſdem Curtes preſentibus vt dictum eſt cum Caſis, ſediminibus, & Vineis, cum Areis ſuarumque terris Arabilibus,pratis, paſcuis, ſiluis, & ſtalarijs, ripis, rupinis, ac paludibus molendinis, & piſcationibus, cultis, & incultis diuiſis & indiuiſis, vna cum finibus, & terminis, acceſſionibus, & vſibus aquarum, aquarumque decuribus cum omni iure adiacentibus, & pertinentibus ad ipſas prædictas Curtes, omnique ſupra, & infra, eo vero ordine, vt Canonici, qui nunc ſunt in eadem prædicta Canonica, vel in antea ordinati fuerint faciant exinde, tam de frugibus,& reditu, quã ex Cenſu, & proficuo, quod annualiter Dominus dederit ad eorum vſum, & ſumptum quicquid eis fuerit oportunum ſine omni noſtra, & hæredum, ac prohæredum noſtrorum contradictione; ita tamen vt nec Canonici,

qui in eadem Canonica ordinati fuerint habent licentiam vendendi, donandi, commutandi. aut in beneficium dandi, neque per libellum, aut per precarium, neque per emphyteoſim, nec per vllum alium modum, vel titulum; & ſi Canonici hoc ſecundum iam dictum tenorem non obſeruauerint, & prædictæ Curtes cum prænominatis Eccleſijs, & cum rebus ad ea pertinentibus in noſtra, vel heredum noſtrorum deueniant virtute, donec Canonici fuerint, qui præſcriptam ordinationem oſſeruauerint, quæ autem ſupraſcriptas Curtes iuris noſtri vna cum acceſſionibus, & egreſſibus ſuis ſuperioribus, & inferioribus earum rerum qualibet ſupraque, & infra ab hac die prædictæ Canonicæ S. Petri donamus, & offerimus, & per prȩſentem Chartam offerſionis ibidem ad habendum inperpetuum confirmamus. inſuper per cultellum, & feſtucam nodatam iure, occaſione, et ratione terræ per ramũ arboris legitimam facimus traditionem, & inueſtituram, & exinde foras nos expulimus, & abſentes nos facimus, & inproprietatem prædictæ Canonicæ ad habendum reliquimus, faciendum exinde Canonici, qui in eadem Canonica ordinati fuerint ſicut ſupra iure proprietario quicquid voiuerint ſine omni noſtra, & hæredum, ac prohæredum noſtrorum contradictione, vel repetitione.

Actum infra Caſtro Campitelli.

Beatrix, & Mathildis, mater & filia, quæ hanc Chartam offerſionis rogauimus.

Signum manuum Alberto Alamanno &c. rogatis teſtibus.

Ego Ruſtico Notarius Sacri Palatij ſcripſi poſt tradita compleui, & dedi.

IN

IN nomine &c. Anno ab Incarnatione &c. 1073. decimo die intrante menſe Septembris Indictione XII. Canonicæ Eccleſiæ Sancti Petri Apoſtoli, quæ eſt caput Sanctę Mantuanæ Sedis. Nos quidem in Dei nomine Beatrix filia quondam Federici Ducis, & Mathilda filia eiuſdem Beatricis, & quondam bonæ memoriæ Bonifatij Marchionis, & Ducis, quæ profeſſæ ſumus lege viuere Salica offertices, & donatrices &c. donamus, & offerimus eidē prædictæ Canonicæ pro remedio animarum noſtrum, quondam Bonifatij Marchionis, & Ducis &c. medietatem de Curte, & Caſtro, quod vocatur Volta &c. n. 19.

Actum in loco Toroſellæ feliciter.

Beatrix, & Mathilda; quæ hanc Chartam offerſionis fieri rogauimus.

Ego Ruſtico Notarius Sacri Palatij ſcripſi poſt tradita compleui, & dedi.

IN nomine &c. Anno ab Incarnatione &c. 1079. Octauo die intrante menſe Iulij Indictione ſecunda Canonicę Sanctæ Mantuanæ Eccleſiæ &c. n. 20.

Ego in Dei nomine Mathildis Comitiſſa, atque Ducatrix filia quondam Magni Bonifatij Ducis, & Marchionis patris, & genitoris mei, & pro anima magnæ Beatricis Comitiſſæ, & Ducatricis genitricis meæ Seruos, & Ancillas iuris mei qui, & quę ſunt in Villa Pletulæ, & Caſtro voltæ &c. Actum in Ciuitate Mantuæ feliciter.

Ego Mathildis Dei gratia ſi quid ſum in hac Charta à me facta ſubſcripſi.

Ego Andreas Notarius hanc Chartam donationis, & offerſionis à Comitiſſa Mathilda firmatā, & comprobatam ſcripſi.

IN

n. 21. Ex Arch. Nonãtulano.

IN nomine &c. Anno ab Incarnatione eiuſdem 1088 quinto Calendas Martij Inditione XI. Manifeſta cauſa eſt mihi Mathildæ Dei gratia quicquid ſum filia quondam Bonifatij Incliti Marchionis, quod propter Deum, & animæ meę remedium &c, promitto, & ſpondeo ſi vnquam in tempore ego, vel mei heredes agere, aut cauſare pręſumpſerimus &c. vobis Ioanni Præpoſitio, & Aſterio Aduocato Eccleſiæ Sancti Silueſtri ſitæ Nonantulæ &c. Eccleſiam Sancti Silueſtri ſitum in Caſtro Nogariæ cum omnibus Terris, Caſis, Campis &c. ſicuti ante hos dies, & annos habitæ, ſeù detentæ fuerunt à iure ipſius Eccleſiæ per ceſſionem, & largitionem quondam Richildę inclitæ Comitiſſæ, ſeù per Dominum Bonifacium, & Beatricem genitores meos, & nominatiue Manſum de boni fagliarda &c. tunc componere promittimus prædictæ Eccleſiæ Sancti Silueſtri de Nonantula dictas res in duplum &c. Actum in Caſtro Nugariæ Mathildis Dei gratia ſi quid eſt.

Ioannes Notarius Sacri Palatij huius promiſsionis, & obligationis Chartulæ ſcriptor poſt tradita compleui, & dedi.

n. 22. VVelpho Dei gratia Dux, & Marchio, & Mathildis Dei gratia ſi quid eſt. Cum Mantuani à nobis petierint vt oneribus aliquot leuarentur &c. obeam rem nos Ciuitatis fide perſpecta, omnia tributa eis remittimus. Mantuæ quinto Calendas dalias Indict. XII. anno 1090 Impreſſum eſt hoc Diploma apud Sigonium de Regno Italiæ, & Antonium Poſſeuinum in Hiſtoria Mantuana.

IN

IN Dei nomine amen. Anno ab Incarnatione eiuſdem 1102. decimo quinto Calendas Nouembris Indictio- ne XI. Ego Mathildis Comitiſſa Dei gratia ſi quid ſum. Tibi Domino Ioanni Præpoſito Cænobii Nonantulanæ Eccleſiæ inperpetuum ad habendum concedo Caſtrum, & Curtem Cellule &c. Curtem Raigorolæ &c. Caſtrum etiam **Tedaldi** cum Eccleſia in honorem Sancti Ioan- nis Baptiſtæ ædificata cum omnibus ſuis pertinentijs, om- neq; res territorias, quas in toto Comitatu Ferrariæ vi- deor poſsidere &c. ità tamen vt pro omnibus ſupradictis rebus vnus biſantius annualiter in Lateranẽſi Palatij per- ſoluatur. Actum in Caſtro Panciano feliciter. n. 23. Ex Arch. Nonantulæ.

Mathildis Dei gratia ſi quid eſt ſubſcripſi.

Ego VVido Notarius Sacri Palatij ſcripſi poſt tradita compleui, & dedi.

MAthilda Dei gratias ſi quid eſt notum fieri volumus, vt ſicut bona memoria Auus meus Thedaldus Marchio eiuſdem Cęnobij fundator deuoto pro anima ſua mediatem prædictæ Inſulæ præfato Cęnobio Sancti Be- nedicti conceſſerat, ita nos aliam medietatẽ eiuſdem Inſu- læ concederemus. Actum anno Dominicæ Incarnatio- nis. 1104. Indictione XII Decemo Septimo Calendas Octobris apud Canoſiam in Comitatu Mutinenſi. n. 24.

Mathildis Dei gratia ſi quid eſt in hac Chartula à me facta ſubſcripſi.

IN nomine Domini Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti anno ab Incarnatione eiuſdẽ 1105. quarto Idus Madij Indictione tertia decima. Ego quidem in Dei nomine n. 25.

Ma-

Mathilda inclita Comitiſſa filia quondam Domini Bonifatij Marchionis, & Ducis per hanc Chartulam offerſionis pro mercede, & remedio animæ meæ, meorumque parentuum, trado, & offero tibi Domino Michaeli Monacho, qui es acceptor ex parte Eccleſiæ Sancti Michaelis de Cotornione manſum vnum terræ, quod videtur eſſe in Villa Caſalauoni &c. quod manſum cum terris, Vineis, Caſis, Pratis, paſcuis &c. ab hac die, & hora per hanc Chartulam offerſionis in poteſtate iam dictæ Eccleſiæ Sancti Michaelis, & eius catholicorum ſeruientium ad vtilitatem eiuſdem Eccleſiæ maneat, & perſiſtat ad habendum, & faciendum ex inde inperpetuum iure proprietario quicquid voluerint ſine omni mea, & heredum meorum contradictione, quidem ſpondeo, atq; promitto ego, quæ ſupra Domina Mathilda vna cum meis heredibus &c. tibi prædicto Michaeli Monacho, tuiſque ſucceſſoribus. Acta in loco Gonzaga feliciter. Mathildis Dei gratia ſi quid eſt in hac chartula à me facta ſubſcripſi.

n. 26. ANno ab Incarnatione Dñi Noſtri Ieſu Chriſti 1106. Indictione XIII. Quæ ad honorem Eccleſiarum, & catholicorum erogantur, quin in centuplum recompenſentur, & quod melius eſt vita retribuatur ęterna, nulli prorſus fidelium dubitandum eſt &c. ideoquè ego Mathilda Dei gratia ſi quid ſum pro mercede & remedio animæ meę &c. Monaſterio Sancti Benedicti inter Padũ, & lirionẽ, vbi nunc D. Albericus Abbas præeſſe videtur cõcedo inperpetuum quicquid Gerardus de Sãcto Benedicto a me in beneficium tantummodo ante mortem ſuam detinebat, & quicquid ab Abbate de Brixilio per commutationem acquiſiui, tam in loco Sancti Bonedicti, quã

in

in Curte Villulę &c. Præterea eidem Monaſterio concedo quicquid mihi pertinet in Inſula Sancti Benedicti, & in Curte Villulæ &c. ſimiliter per hanc meam oſterſionis paginam confirmo, & corroboro quicquid in ſupradictũ Monaſterium a Parentibus meis collatum eſt &c. hoc eſt mediatas *Inſulæ* Sancti Benedicti, & pars quedam in Villola, & caput de Vico, Curtem Cuſtelli Curtem ſeptingenti, Caſale Barbato, pars quædam de Burbaſsio, & omnia quæcumque à Parentibus meis quocumque titulo data, vel conceſſa ſunt in eodem venerabili loco &c. Actum eſt hoc Nogariæ tertio Calendas *Ianuarias* præſente Vgone Mantuano Epiſcopo.

Comes VVido Guerra interfuit teſtis.
Comes Albertus Boſonis filius.
Ardoinus VVidonis filius.
Gerardus Boſonius filius.
Vgo Manfredi filius.
Saxo, & Rainerius conſobrinus eius.
Nordillus de Caſtro vetere.
Lanfrancus de Sauignano.
Opizo de Gonzaga.
Rainerius de Caſtro Olariano,
Albericus de Nonantula interfuerunt teſtes
Ego Vbaldus Iudex manu mea ſcripſi hanc conceſsionem, & poſt traditam compleui.

IN nomine Domini &c. Anno ab Incarnatione Domini Noſtri Ieſu Chriſti 1112. Die XIII. Menſe Aprilis Indictione quinta in Caſtro quod dicitur Meſſa &c. n. 27. 1112. Ex Arch. S. Benedicti.
Ego Mathilda Dei gratia id quod ſum Poſtulationibus Abbatis Sancti Benedicti hortatu **Cardinalis** ſcilicet

dicti Parmenſis Epiſcopi eiuſq; ſucceſſoribus hoc idem perpetuo refutaſſe.

Mathildis Dei gratia ſi quid eſt ſubſcripſi.

Actum eſt anno Dominicæ Incarnationis 1114. Decimo Septimo Calendas Iulij Indictione ſeptima apud montem Baroncionis per manum Vbaldi eiuſdem Comitiſſę Mathildis Cappellani feliciter.

IN nomine &c. Mathildis Dei gratia ſi quid eſt filia Bonifatij Marchionis & Ducis &c. notum eſſe volumus Dominum Bernardum Parmenſem Epiſcopum vna cum Ioanne Nonantulano Abbate, & Amato Nogarienſi Priore noſtram clementiam poſtulaſſe, dum apud Bondenum fueramus, vt pro illa penſione, ſeù ficto, quod debueramus perſoluere Monaſterio Nonantulano de Caſtro, ſeù Curte Nugariæ, quæ per præcarium ab eodem Monaſterio antiquitus poſſidemus, aliquid de poſſeſſione eiuſdem Curtis ipſi dicto Cenobio remitteremus, quorum iuſtis votis annuentes &c. Cenobio S. Silueſtri de Nonantula Braidam, & Palmatam, & Manſum, quem poſſidet Ioannes Rainonis &c. conceſſimus &c. Actum apud Bondenum feliciter anno Dominice Incarnationis 1114. Indictione ſexta, & natum Calendis Nouembris per manũ Vbaldi Capellani, Chartula Braidæ de Palmata reſtituta.

Mathildis Dei gratia ſi quid eſt ſubſcripſi.

IN nomine &c. Mathilda Dei gratia ſi quid eſt filia Bonifatii Ducis notum eſſe volumns Dominum Bonifacium inclitum Patrem noſtrum olim à religioſo viro Domino Rodulfo Abbate Eccleſiæ, quæ eſt ſitu loco No-

Patre meo Bonifatiō Auō meo Thedaldō Monaſterio Sācti Benedicti intra Padum veterem,& lariōnem ſita, data, donata, & conceſſa ſunt, vel ab alijs anteceſſoribus meis vbicumque in diſtrictu meo ad ipſorum imitationem nos ſimiliter damus, donamus, concedimus, & confirmamus prædicto Monaſterio, ſuiſquæ Eccleſijs inperpetuum, videlicet Manſum vnum, & plus adiacens Ripę Padi veteris il Villa Ronco Bonaldi, & Eccleſiam Sancti Sixti de lecto Paludano cum omnibus decimis, & pertinentijs ſuis &c. Actum eſt hoc Bondeno de Ronchoris in Camera eiuſdem Comitiſſæ Mathildis die Iouis quarto intranre Menſe Madio in 1115. Indict. VIII.

LEO Epiſcopus &c. venerabili Monaſterio S. Silueſtri apud Nonantulam poſito &c. ea quæ ad laudem &c. igitur quia conſtat Bonifacium Marchionem Sancti Petri, noſtrumque fidelem eiuſque coniungem Duciſſam nepotem noſtram Beatricem detuliſſe nobis priuilegium Sāctæ Memorię Adriani Papæ anteceſſoris noſtri factum Anſelmo Abbati prædicti Monaſterij Nonantulani, eiuſq; ſucceſſoribus, quod Aſtulphus Rex Longobardorum cōdidit, & conditum cum ipſo Abbate, rebuſque omnibus pia deuotione Sancto Petro obtulit, & etiam humiliter ſupplicaſſe, vt à nobis ſecundum formam eiuſdem priuilegij ipſi venerabili loco priuilegij pagina fieret, inclinati præcibus eorum, eidem eiuſque Abbatibus firmiſſimam ſtabilitatem concedimus, & confirmamus, vt ipſum Monaſterium, fundos, Caſales, Curias, & Caſtella &c. tenere, & poſſidere, ſine qualibet controuerſia perpetuis futuris temporibus valeant &c.

n. 32. Ex Arch. Nonantulæ.

Ex Regiſtro Epiſtolarum Gregorij Septimi.

Grego-

ctioni inuident, & vnanimitati, & quidem ſi nos talibus aures, quod abſit inclinare vellemus, non multi ſunt, in quibus ſincere dilectionis affectum nobis patere crederemus, ſed nos nihil fere potiuſquam ſuſpectum animum fugientes in veritate vobis loquimur, quod in nullis terrarum Principibus tutius, quam in veſtra nobilitate confidimus, quoniam hoc verba, hoc facta, hoc pie deuotionis ſtudia, hoc fidei veſtræ præclara nos conſtantia docuerunt, nec dubitamus quin veſtra in nobis vera niteſcat charitas, cum per Petrum Seruus, & Petrus in Seruo diligitur. De cætero ſcitote nos præter ſpem omnium, qui nobiſcum erant infirmitatem corporis euaſiſsè, & iam bonã valetudinem recepiſſe; Vnde nobis dolendum potius, quã gaudendum eſſe putamus. Tendebat enim anima noſtra, & toto deſiderio ad illam Patriam anhelabat, in qua ille, qui laborem, & dolorem conſiderat laſſis quietem, & refrigerium pręſtabat. Verum reſeruati ad huc ad conſuetos labores, & infinitas ſollicitudines in ſingulas horas, quaſi parturientis dolores, & anguſtias patimur, dum penè in oculis noſtris naufragantem Eccleſiam nullo valemus eripere gubernaculo. Lex enim, & Religio Chriſtiana ita fere vbique deperit, vt Saraceni, & quilibet Pagani ſuos ritus firmius teneant, quam illi, qui Chriſtianum nomen acceperunt, & quibus in Regno Patris per Chriſtum hereditas, & æternæ vitæ gloria parata eſt, Diuinæ legis mandata cuſtodiant. Quo minus mirandum eſt ſi huius lucis ærumnas ſpe ſupernæ conſolationis fugere rupimus, qui in his poſiti in ſola cognitione inundantium periculorum ſingulorum pænas luimus. Pręterea ſcitote Robertum Guiſardum ſæpe ſupplices legatos ad nos mittere, & tanta fidelitatis ſecuritate ſe in manus noſtras

dari

GRegorius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Guilelmo Papienſi Epiſcopo Salutem, & Apoſt. Bened. Licet contra nos id egiſſe videaris, vt nec etiam Apoſtolicam benedictionem tibi mittere deberemus, ſcilicet quia ad conſtitutum tibi terminum nec veniſti, nec legalem excuſationem miſiſti, malumus tamen de pietatis modeſtia reprehendi, quàm Canonum rigorem ſequendo inobidientiam tuã acriter vlciſci. Qua propter Apoſtolica tibi auctoritate præcipimus, vt ad Synodũ, quam Deo annuente, celebraturi ſumus prima hebdomada quadregeſimę venias, & de cauſa Sororis tuæ reſpondeas, licet enim clariſsimum ſit eam Guidonem Marchionem Conſanguineum Azzonis Marchionis maritum hæbuiſſe, illud etiam Sacramentis, & teſtibus in præſentia noſtra probatum ſit eandem Sororem tuam, atque Azzonem quartam propinquitatis lineam non dum excedere, damus tamen vobis audientiam in præfata Synodo, quatenus ſi legalem defenſionem vos habere confiditis, & teſtimonia, & Sacramenta ante nos facta improbare poteritis coniugiũ illorum permaneat, alioquin ſi hoc tunc facere non poteritis, vel a prędicta Synodo vos ſubtraxeritis nullam deinceps inde fieri quæſtionem Apoſtolica authoritate inhibemus. Vnde in Sacramento, quo prædictum Azzonem conſtrinximus, ita cauti fuimus, vt cum licentia noſtra ſi rationes veſtræ idoneæ fuerint ipſe poſſit eam reducere, atque in Vxorem habere. Data Romæ XVII. Calendas *Ianuarij Indictione* decima tertia &c. 1074.

n. 36. Ex libr. 2. Greg. Septimi Ep. 35.

Gregorius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei.

n. 37. MAthildi Salutem, & Apoſtolicam benedictionem Qualiter teſtibus, & Sacramentis in preſentia no-
Ex lib. 1. ſtra probarum ſit te habuiſſe virum conſanguineum Azzo-
Greg. 7. Epiſt. 36. nis, te etiam, & Azzonem Marchionem in quarta propin-
fol. 93. quitatis linea conſanguineos eſse, ipſi, qui eidem cauſæ interfuerunt poterunt tibi referre. Vndè quia Azzonem Marchionem Sacramento cõſtrinximus nullam deinceps ſine licentia noſtra maritalem tecum conuerſationem habere, tibi etiam ex parte Beati Petri præcipimus, vt à conſortio, & cohabitatione ſua omnino te auferas, & de perpetrata iniquietate ita dignè peniteas, quatenus gratiam Dei valeas recuperare, & tanti tanquam turpiſſimi incæſtus infamiam declinare. Quod ſi fortaſſe prçiudicium te pati exiſtimas, & teſtimonia, atque Sacramenta de conſanguinitate veſtra improbare poſſe confidis, damus tibi audiẽtiam in proxima Romana Synodo, vbi Deo auxiliante, neque ad dexteram, neque ad ſiniſtram in executione iuſtitiæ declinabimus, ſed quod iuſtum eſt ſtatuemus. Data Romæ VXII. Calendas Ianuarias Indictione tertia decima &c. 1074.

n. 38. GRegorius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei Beatrici
1705. Duci, & Mathildi filiæ eius ſalutem, & apoſtolicã benedictionem. Non parum de vobis miramur, quod de his quæ per veſtras litteras mandatis nobis conſulere decreuiſtis, cum conſtet apud vos quod idem Rex duos, ac Nobiles, ac Religioſos viros ad nos ante menſem Auguſtum legatos miſerit, qui videlicet adhuc nobiſcum manent, per quos talia mandauit. Nouerit Veſtra Sanctitas pater, quoniam dum ego penè omnes Principes mei Regni de noſtra magis diſcordia, quam de mutua pa-

ce

ce gaudere percipio, ad vos iſtos nuncios latenter dirigo, quos ſatis nobiles, ac religioſos eſſe cognoſco, & pacis bonum inter nos optare coniungi nequaquam dubito. Hoc autem quod mando neminem ſcire volo præter vos, Dominam, matremque meam, atque amitam Beatricem, & filiam eius Mathildam. Me verò adiuuante Domino de expeditione Saxonica redeunte alios legatos dirigam, quã familiariores, ac fideliores habeo, per quos omnem vobis meam voluntatem, & reuerentiam, quam Beato Petro, & vobis debeo ſignificabo. Poſtea verò præfatis legatis dicendo mandauit quatenus non mirarentur, nec grauiter ferrent quod promiſſos minimè ad huc direxerit Nuncios, eiſquè non fieret oneroſum, donec ipſe mitteret prę ſtolari; quoniam procul dubio illos miſſurus erat, & in eadem ſententia immobiliter permanebat. Nunc autem qualiter hoc conſilium verſum ſit, & quod facere latenter diſpoſuerat palam fieri velit penitus miramur, niſi quod datur intelligi, quia ipſe nequaquam hanc cupiat pacem componi, quam modo vult palam eis fieri, quibus eam antea volebat abſcondi, & de quibus idem teſtabatur magis eos de noſtra diſcordia, quam de mutua concordia lætari. Quapropter vos ſcire volumus nos huic petioni nullatenus conſenſuros, quoniam quod modo inuentum eſt, non videtur Beati Petri, ac nobis honorabile, vel eius vtilitati prouenire. Quodſi ad prius reuertatur conſilium id videtur Salubrius nobiſque ſequendũ. De conſilio verò quod expetitis à nobis, quid vobis ſit reſpondendum Gottifredo neſcimus, cum ille aperte infregerit quod vobis iuramento promiſit, nec certum quicquam de ipſius promiſſionibus credere valeamus. Verum ſi aliquod fœdus, quod a Sanctorum Patrum Sanctione

nõ diſcrepet inirecũ eo & poteris, nobis laudandumque videtur, ſin autem charitatem, qua nos Deus coniunxit nullo modo poſſe diſſolui aliquatenus minori certiſſimè apud nos conſtare optamus. Vnde ſi vos dilexerit eum diligemus ſi verò ex ſua culpa odio habere ceperit, ſicut chariſſimas filias modis quibus poterimus vos diligendo, ei Deo fauente reſiſtemus. Data Romæ tertio Idus Septembris Indictione XIIII. 1075.

n. 39.

Ex lib. 4. Greg. 7. Epiſt. 21.

GRegorius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei Herimanno Metenſi Epiſcopo Sal. & Apoſt. Bened. Multa interrogando à me valde occupato requiris &c. De Mathilda verò communi noſtra filia, & Beati Petri fideli ancilla, quod vis, volo, ſed in quo ſtatu ſit menſura Deo gubernante ad certum non teneo, Gotifredi autem quondam illius viri indubitanter ſcias, quod frequenter apud Dominum licet peccator, habeam memoriam, quia non me illius inimicitia, vel aliqua impedit vanitas, ſed motus fraterna dilectione tua, & Mathildæ deprecatione, illius exopto Salutem: Omnipotens Deus interceſſione Celeſtis Reginæ ſemper Virginis Mariç, & auctoritate Beatorum Petri, & Pauli à ſe illis conceſſa te, noſtroſq; omnes fratres in quocumque ſunt ordine, qui Chriſtianã defendunt religionem, & Apoſtoliçæ Sedis dignitatem à cunctis peccatis abſoluat, vobiſque augens fidem, ſpem, & charitatem, in ſuæ legis defenſione corroboret, vt mereamini ad æternam peruenire ſalutem. Data Tiburis Octauo Calendas Septembris Indictione quarta decima 1076.

IN

IN nomine Sanctæ, & Indiuiduæ Trinitatis. Henricus diuina fauente clementia quartus Romanorum Imperator Auguſtus. Cum lubrica ſæcnli conditio breuis ſit, & incerta diuinitus admonemur vt in hac valle lacrymarum dum tempus habemus, ſeramus, quod in futurum cum gaudio metamus; qua propter omnibus Chriſti, noſtriſq; fidelibus tam futuris, quam præſentibus notum fieri volumus, quatenus nos rogatu, & petitione fidelium Principum noſtrorum ob interuentum etiam Abbatis Cluniacenſis Pontij noſtri dilecti conſanguinei, & memoriam **neptis noſtre Mathildis Comitiſſæ** Abbatiam Sancti Benedicti in Larione, quam ipſius anteceſſores Eccleſiæ Cluniacenſi pro ſalute, & remedio animarum ſuarum ſubdiderunt ſub madeburdio noſtræ tuitionis ſuſcepimus, & quicquid Mathildis eidem Eccleſiæ donauit dum vixit, & moriens dimiſit nos donamus, & noſtra Imperiali authoritate confirmamus cum omnibus appendicijs &c. quod vt verius credatur, & ab omnibus inuiolabiliter obſeruetur hanc chartam inde conſcriptam, & manu propria corroboratam impreſsione noſtri ſigilli inſigniri iuſsimus. n. 40.

Signum Domini Henrici Quarti Romanorum Imperatoris inuictiſsimi.

Burcardus Cancellarius vice Federici Colonienſis Archiepiſcopi, & Archicancellarij recognoui.

Datum XIII. Calendas Ianuarij Indictione octaua Incarnationis Dominicæ 1115. regnante Henrico quarto Rege Romanorum anno XI. Imperij vero quinto. Actũ eſt Spiræ in Chriſto fæliciter amen. n. 41.

IN nomine S; & Indiuiduæ Trinitatis, Henricus VI. 1184.
Diuina fauente clementia Romanorum Imperator, & Henric. 6.

ſemper

ſemper Auguſtus. Ad æterni Regni præmium, & tempo-ralis Imperij incrementum apud Regem Regum nobis proficere non ambigimus, ſi ad pacem, & profectum Eccleſiarum ſtudium præbere curauerimus, & operam diligentem. Quare ad imitationem Sereniſſimi Patris noſtri Illuſtrium Imperatorum, & Regum, interuentu quoq; fidelis dilecti noſtri Alberti Abbatis Monaſterij Sancti Benedicti ſuper Padum, & omnium ſuorum fratrum, de quorum orationibus multum confidimus, & quorum fraternitatem habentes eos diligimus, ipſum Monaſterium Sancti Benedicti ſuper Padum, quod nobis ſpecialius pertinet cum omnibus ſuis Poſſeſsionibus, & Monaſteriū de Gonzaga, & Monaſterium de lecto Paludano, Monaſterium quoque Sexcentæ poſitum in Comitatu Lucano, & Monaſterium Sancti Martini incolæ cum omnibus eorum poſſesſionibus, & omnia alia Monaſteria, & Eccleſias prędicto Monaſterio S. Benedicti pertinentes cum omnibus ſuis poſſesſionibus, prædicti Abbatis perſonam, & omnes Monacos, & Clericos, & conuerſos ſuos, familiam quoque, & omnes habitationes ſuos, omnia etiam bona mobilia, & immobilia ipſius Monaſtarij, & omnium eccleſiarum ſuarum, & hominum ſuorum vbicumque ſint in tutelam noſtræ definitionis recepimus, & ea omnia prędicta ab omni Imperiali exactione, & iuriſditione, & cuiuſcumque poteſtatis, Ciuitatis, vel communis, & omnium Nuntiorum, & Miniſtrorum noſtrorum præſentium, & futurorum, & ab omnibus inſuper Albergarijs Arimanijs Angarijs, & Perangarijs, fodris, collectis, Bandis, gaudimoniis exempta omnino, & libera, & abſoluta eſſe volumus, atque præcipimus pro animæ noſtræ remedio, & parentum noſtrorum, quæ omnia prætaxata in integrum prędicto

dicto Monaſterio Sancti Benedicti ſuper Padum in perpetuum donamus, concedimus, confirmamus, & lege ſemper valitura corroboramus. Specialiter autem omnia bona mobilia, & immobilia, quæ ab Henrico Tetio, & Quarto, Lothario, & Conrado, & Magnifico Federico Patre noſtro Romanorum Imperatoribus, & quecumquæ nos eidē Monaſterio largiti ſumus, & quæ à Marchione Thedaldo, & à progenitoribus ſuis, & Bonifatio, & Alberto Marchionibus, & à nobilisſima Comitiſſa Mathilda, & Duce Guelphone, & ab alijs uiris nobilibus, Capitaneis, & Valuasoribus, & alijs Vaſſallis, & hominibus noſtris cuiuſcūque condictionis ſepe dicto Monaſterio, & omnibus alijs ſuis Eccleſijs donata, & collata, conceſſa, & confirmata ſunt; omnia etiam, de quibus dictum Monaſterium, & eius Eccleſiæ priuilegia, vel cartas authenticas habeant ad iam dicti Monaſterij, & omnium Eccleſiarum ſuarum pacem, & quietem, & fortitudinem, vtilitatem, & cōrroborationem præcipuè omnes Boſchos de Pigugnana ſicut cōtinetur in priuilegijs ſuis, & chartula Io: Notarij, & alia quę in antea Deo dante adipiſci, acquirere poterit donamus, concedimus, confirmamus, & per hanc Ducalem paginam in perpetuum corroboramus. Si quis igitur contra hanc Ducalem paginam noſtræ munificentiæ, venire, vel auſu temerario præſumpſerit violare in vlſionem ſuæ temeraritatis centum libras auri puri pro pæna componat, medietatē Cameræ noſtrę inferenda, reliqua parte iniurā paſſis perſoluenda, & vt omnia, quæ ſupra memorata, & conſcripta ſunt rata perpetuo obſeruentur, & inconcuſca, præſentem inde paginam Ducalem conſcribi, & ſigillo noſtræ maieſtatis præcipimus communiri. Huius rei teſte ſunt Henricus.

VVor-

VVormatienſis Epiſcopus.
Arduinus Dux Bauariæ.
Albertus Comes de Spancheir.
Sfridus Comes de Morle.
Robertus de Durne
Arnoldus de Horemberch.
Armannus de Buttingen.
Marcardus Dapiter de Anneuiurle.
Rembodo Mareſcalcus de Voburch.
Nildebrandus de Siegildal.
Merbodo de Sulerichin.
Henricus de Rotemburgh; & alij complures

Acta ſunt hæc anno Domini 1184. Indictione duodecima Regnante Domino Henrico Sexto Romanorum Imperatore glorioſiſsimo. Anno Regni eius vigeſimo tertio Imperij verò quarto. Dat apud Piſas per manus Alberti Imperialis aulæ Protonotarij Calendas Iunij. Signum.

LAVS DEO.

NAPOLI
1410083



Digitized by Google

Biblioteca Nazionale V. E. III – NAPOLI

Digitized by Google